FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Joachimi Langii, P. P. Sciagraphia Sacra, Quæ In Memoriæ Subsidium, Librorum Utriusque Testamenti Historicorum Structuram Et Analysin Succincte ...

### Lange, Joachim

### Hallæ Saxonum, 1711

### VD18 12837288

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate aus den Digitalen Sammlungen des Studienzentrums August Hermann Franckes sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden.
Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden. Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich an das Studienzentrum August Hermann Francke: (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents from the digital collections of the August Hermann Francke Study Centre are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the August Hermann Francke Study Centre of the Francke Foundations. If digital documents are published, the Study Centre is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the August Hermann Francke Study Centre: studienzentrum@francke-halle.de (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-189177

Visual Library

Franckesche Stiftungen zu Halle

12 L 14.

3. b. 35.

Franckesche Stiftungen zu Halle

# JOACHIMI LANGII,
P. P.

# SCIAGRAPHIA SACRA,

QUÆ
*IN MEMORIÆ SUBSIDIUM,*
LIBRORUM
UTRIUSQUE TESTAMENTI
HISTORICORUM
STRUCTURAM ET ANALYSIN
SUCCINCTE EXHIBET.

*Qui bene* { *diſtinguit* / *connectit* } *bene* { *docet.* / *diſcit.* }

---

HALLÆ SAXONUM,
*Litteris & impenſis ORPHANOTROPHEI.*
Anno MDCCXI.

Franckesche Stiftungen zu Halle
DFG

# Lect. Sal.

SCeleton vides, B. L. non corpus ſolidum: ſceleton, carne nudum, oſſibus firmum. Eo autem memoriæ opus eſſe, quis negaret? Teſtes produco inprimis verbi divini miniſtros: quorum multi ſæpe anxie ſunt ſoliciti. Dictis enim Scripturæ opus eſt; ſed deſunt. Hiſtoriæ ſacræ quæruntur; ſed non ſine temporis diſpendio. Evolvuntur Concordantiæ, quas vocamus, imo revolvuntur; at non ſine tædio. Videas vero & alios, quibus omnia ſunt in promtu, dicta & facta. Veritatem adſtruunt, errores deſtruunt, promtiſſimi. Sunt enim δυνατοὶ ἐν ταῖς γραφαῖς: imo totius Scripturæ, cui innutriti ſunt, probe digeſtum ſyſtema mente ſua circumferunt: utinam vero illa ſemper pura & ſoli DEO ſacra eſſet! Non nuda autem lectione id ſunt aſſecuti; ſed etiam aliquo memoriæ ſubſidio, inprimis Analyſeos beneficio. Et talem nunc exhibeo in libros utriusque Teſtamenti Hiſtoricos. Didactici enim ac Prophetici longe ſunt fœcundiores, quam ut exili hujusmodi compage comprehendi poſſint. Sed nec ſingulos N. T. Hiſtoricos hæc Sciagraphia, jam olim edita, & in gratiam Theologiæ cultorum nunc recuſa, ſiſtit. Omiſſus enim eſt Marcus cum Luca; quippe qui facilius ad ordinem ſeu parallelismum Matthæi ac Johannis revocari, quam ſeorſum notari poſſe videntur. Librorum, integrarumque materiarum, ubique habui rationem, non vero, ut fieri ſolet, capitum; utpote quæ conjungenda ſæpe disjungunt, & disjungenda conjungunt. Unde memoriæ non raro plus confuſionis, quam ordinis ac lucis, ſuppeditatur. Ceterum lege verbum DEI non ſine DEO, & Vale.

GENE-

# GENESIS.

L*iber Geneſeos* præter *Naturæ & Gratiæ principia* continet Hiſtoriam bis mille & trecentorum circiter annorum, partim ante, partim poſt Diluvium.

## I. HISTORIA ANTE DILUVIUM deſcribit *mundum* ut

CREATUM Cap. I. ſecundum verſic.

*Lux, Cœlum, Tellus, Sidera, Piſcis* (cum volucre) *Homo* (cum pecore.)

Not. Cap. II. poſt ἀνακεφαλαίωσιν & mentionem Sabbathi v. 1--6. diei ſexti opus plenius exponit.

CORRUPTUM, & quidem *per malum*,

*Culpæ* 1) in *Protoplaſtis*, qui lapſi, afflicti ac erecti c. *III.*

2) in ipſorum *poſteris*, & quidem

*Impiis*, Caino & Cainitis. c. *IV.*

*Piis*, ſeu Sethianis. c. *V.* (ſed degenerantibus c. *VI.* v. 1--8.

*Adam, Seth, Enos*, poſt *Kenan, Mahlaleelque*, *Jared, Henoch, Methuſalah, Lamech* atque *Noachus.*

*Pœnæ* ſeu Diluvio, ubi ejus
*Antecedentia*, hominum impietas, Noachi elogium, DEI mandatum c. 6.
*Ingredientia*, ubi
Ingreſſus in arcam c. 7.
Ipſum Diluvium, ibid.
*Conſequentia*, ubi
Terræ exſiccatio c. 8, 1--14.
Noachi egreſſus, v. 15--19. ac ſacrificium, v. 20. ſeq.
RESTITUTUM in familia Noachi, per benedictionem, quæ
promulgata c. 9. v. 1--7.
fœdere confirmata v. 8--17.

## II. HISTORIA POST DILUVIUM continens vitas V. Patriarcharum.

I. NOACHI, cujus notetur
1. *Ebrietas* ac ætas c. 9. v. 20. ſeq.
2. *Poſteritas* trina, & quidem
*Collecta* per genealogiam c. 10.
*Diſperſa* per confuſionem linguarum c. 11. 1--9.
Speciatim *recenſita* reſpectu *Semitarum* v. 10. fin.
*Semus & Arphaxad, Salachus, Eberque Peleggue.*
Poſt *Regu, Serug, Nachor, Tharachus & Abram.*
II. ABRAHAMI, cujus notetur
1. *Ortus* & *vocatio* cum benedictione c. 11. v. 26. ſeq. c. 12. v. 1--3.

*Pere-*

2. *Peregrinatio*, ubi cum Lotho commigrat
Ex Haran in Chanaan c. 12. v. 4--10.
E Chanaan in Ægyptum v. 11. ſeq.
Ubi uxor ei adimitur & reſtituitur.
Ex Ægypto rurſus in Chanaan, ubi
A Lotho fraterne diſcedit. c. 13.
Eundem captivum liberat. c. 14. ubi
Antecedens captivitas v. 1--12.
Ipſa liberatio v. 13--16.
Conſequens, Melchiſedeci benedictio 17. fin.

3. *Proles*, quæ ſub multiplicatione ac benedictione ſeminis eſt
*Promiſſa*, cum terra Chanaan, per verbum & ſignum c. 15.
*Quæſita* ex Hagare, profuga & reducta c. 16.
*Danda* e Sara, verbo & circumciſionis fœdere teſtibus, c. 17.
*Data* e Sara, ejiciente Hagarem cum Iſmaele. c. 21. v. 1--21.
*Immolanda*, ubi immolatio imperata, inhibita, fortunata. c. 22.

4. Φιλοξενία erga Angelos, qui
Excepti c. 18. v. 1--8. promiſſionem prolis confirmant. v. 9--15.
Excidium Sodomæ, deprecante Abrahamo, denunciant. v. 16--fin.
Denunciatum, liberato Lotho, poſt inceſtuoſo, perficiunt. c. 19.

5. *Fata* inter Philiſtæos, ubi
Saram raptu Abimelechi amittit ac recipit.

c. 20. & (inito cum raptore fœdere c. 21. v. 22--fin.)
Receptam, ſed poſt defunctam, ſepelit. c. 23.
Sepultæ *Keturam* ſubſtituit & moritur c. 25, 1--11.
Huc ref. *Iſmaëlis* poſteros & obitum v. 12--18.

III. ISAACI, cujus notetur
1. *Nativitas*, ex antecedenti cap. 21.
2. *Matrimonium* cum Rebecca c. 24.
3. *Gemina ſoboles*, in Jacobo, & Eſavo, primogenituram ſpernente c. 25, 19--fin.
4. *Peregrinatio* inter Philiſtæos, ubi
A Deo fortunatus c. 26. 1--5.
Abimelecho ob uxorem conciliatus v. 6--11.
Eidem ob divitias inviſus v. 12. ſeq. ſed mox fœdere junctus v. 26. ſeq.
5. *Benedictio*, quæ
Eſavo a Jacobo prærepta c. 27. v. 1--40.
In Eſavi odium & Iſaaci exilium verſa v. 41. ſeq.

IV. JACOBI, cujus notetur
1. *Iter* in Meſopotamiam, ejus
*Antecedens*, ſuaſum a Patre matrimonium c. 28. v. 1. ſequ.
*Concomitans*, viſio ſcalæ v. 10. ſeq.
*Conſequens*, Bigamia cum Rahel & Lea c. 29.
Polygamia cum Bilha & Silpa c. 30. v. 1--24.

Poly-

Polytechnia ditans v. 5. ſeq.

2. *Reditus* cum ſuis *in patriam*, ubi *locus*

*Ex quo*, Meſopotamia, avocante Domino, & perſequente, mox autem placato, Labane c. 31.

*Per quem*,

1.) *Seir*, ſ. *Edom*, ubi obvius *Eſavus* ipſi fuit

*Placandus* donis, intercedente lucta c. 32.

*Placatus*, ſubmiſſione & mutua caritate c. 33.

2.) *Salem*, c. 33. v. 18. ſeq. ubi

Dina rapitur c. 34.

Sichemitæ cæduntur. ibid.

3.) *Bethel*, c. 35. ubi

Gemina Θεοφάνεια v. 1--15.

Deboræ (v. 8.) ac Rahelis, Benjaminum enixæ, mors v. 16--20.

Inceſtus Rubenis cum Bilha v. 21. 22.

*Ad quem*, Hebron ad Iſaacum denatum anno æt. 180. v. 27. ſeq.

Not. Hic inſeritur *Genealogia Eſavi* c. 36.

Et paulo poſt infauſta trina *ſoboles Judæ*, inceſtuoſi cum *Thamar* c. 38.

V. JOSEPHI, in quo eminet EXALTATIO, cujus

*Antecedens* fuit

*Odium* & venditio fratrum. c. 37.

Fortunati tentatio ac carcer. c. 39.

Interpretatio ſomniorum, & quidem duo-

duorum miniſtrorum c.40. ipſius Regis Phar. c. 41. v. 1--36.

*Ingrediens*, ſumma dignitas ac poteſtas c. 41. v. 37. fin.

*Conſequens* eſt Adventus

1.) *Fratrum*, qui

Tentati remittuntur, relicto Simeone, pro adducendo Benjamino c. 42.

Cum Benjamino rurſus amiciſſime excepti iterum dimittuntur c. 43.

Dimiſſi ob cyathum reducuntur c. 44.

Reducti a Joſepho agnoſcuntur, remiſſique cum Patre in Ægyptum commigrare jubentur. c. 45. unde adventus

2.) *Patris*, qui cum ſuis

Accedit & excipitur c. 46.

Commoratur in Goſen, Ægypto fame oppreſſa c. 47.

Moribundus edit benedictionem propheticam, quæ

Specialis, filiorum Joſephi, Ephr. & Man. c. 48.

Generalis filiorum ſuorum 12. c. 49.

Mortuus ſepelitur c. 50. ubi & Joſephi φιλαδελφία & obitus.

# EXODUS.

*Liber Exodi* deſcribit *Gentem Judaicam*, ut *afflictam, liberatam* & *informatam*, ſub Chronologia centum & quadraginta quinque circiter

ter annorum, qui a Joſephi morte usque ad liberationem effluxerunt, poſt Exodum vix unius anni.

## I. POPULI AFFLICTIO.

Hujus admodum diuturnæ deſcriptio, ſed breviſſima, habetur capite 1. Huc etiam ſequentia decem capita ex parte pertinent.

## II. POPULI AFFLICTI LIBERATIO, facta per MOSEN, cuius notetur

1.] *Ortus*, nec non conſervatio, educatio, percuſſio, fuga & conjugium. c. 2.

2.] *Vocatio* ac *Legatio*, quæ deſcribitur ut

*Præcepta*, a quo? ubi? quando? quomodo? c. 3.

*Confirmata*, per tria miracula, baculi, manus leproſæ, aquæ c. 4. 1--9.

*Suſcepta*, poſt remota obſtacula linguæ ac præputii in filio. v. 10. fin.

*Effecta*, ſed eventu infelici ac querulo c. 5.

*Iterata*, c. 6. ubi etiam genealogia Ebrææ gentis, præcipue Moſis ac Aaronis.

3.] *Miniſterium* prodigioſum

*Decem plagarum immiſſione*, ut

1. Aquæ in ſanguinem mutatæ c. 7.
2. Ranarum. 3. Pediculorum. 4. Inſectorum c. 8.
5. Peſtilentiæ pecuariæ. 6. Ulceris.
7. Grandinis c. 9.
8. Locuſtarum. 9. Tenebrarum c. 10.
10. Internecionis primogenitorum, quæ Denunciatur c. 11.

Impletur, ſervatis per agnum Paſchalem Iſraëlitis c. 12. v. 1-30-43-50.

*Populi eductione*, ubi terminus ſeu locus
- *Ex quo*, Ægypt9 c.12.v.30-42.ubi egreſſorum
  - *Inſtructio* de
    - Ritus paſchalis propagatione c. 13. v. 2--10.
    - Primogenitorum conſecratione. v. 1. 2. 11--16.
  - *Comitatus divinus* per deſertas ambages v. 17--22.
- *Per quem*, mare rubrum, ubi tranſitus
  - Antecedens
    - Pharaonis perſecutio c. 14. v. 1--12.
    - Liberationis promisſio, v. 13-18.
  - Modus, v. 19--23.
  - Conſequens Ægyptiorum ſubmerſio v. 24--31.
  - Iſraëlitarum Epinicion c. 15. v. 1--21.
- *Ad quem*, ad deſertum
  - *Sur*, ubi in
    - *Marah* aquæ dulceſcunt cum promiſſione v. 22--26.
    - *Elim* putei cum palmis inveniuntur v. 27.
  - *Sin*, ubi populus, facto murmure, cibatur coturnicibus & Manna c. 16.
  - Speciatim in Raphidim, ubi
    - Petra aquoſa c. 17. v. 1--7.
    - Pugna cum Amalekitis victrix v. 8-14.
    - Jethronis adventus & conſilium c. 18.
  - *Sinai*, ubi præparatio ad Informationem per Legem. c. 19.

III. POP.

## III. POP. LIB. INFORMATIO per LEGEM, quæ

MORALIS, ubi promulgationis

Summa in Decalogo c. 20. v. 1-18.

Effectus, terror populi, illapſus & expulſus v. 19-21.

Appendix de præcepto primo v. 22-23. & altari v. 24-26.

JUDICIALIS, c. 21. agens de

Servo v. 1-6. & ſerva v. 7-11. homicida v. 12-14. filio refractario, v. 15-17. plagiario v. 16. percuſſore v. 18-27. foſſore foveæ v. 33. 34. bove cornupeta v. 28. ſeq.

Furto v. 1-4. illato damno v. 5-6. depoſito v. 7-13. mutuo accepto v. 14-15. & dato v. 25-27. ſtupro v. 16. 17. maleficis &c. v. 18. ſeq. c. 22.

Judicio incorrupto c. 23. v. 1-3. 6-9. debito erga inimicos v. 4-5.

CEREMONIALIS, quæ (*præmiſſa*

*Admonitione de feſtis* v. 10-17. *ſacrificiis ac primitiis* v. 18. 19.

*Promiſſione Introductionis per Angelum Hodegum v.* 20. *fin.*

*Sanctione legislationis per fœdus c.* 24. *v.* 3-8.

*Adſcenſione Moſis in montem v.* 1. 2. 10-*fin.*)

hic præcipue agit de *Exſtructione Tabernaculi*, quæ

*DELINEATUR* ſecundum

1. *Materiam* offerendam ac colligendam c. 25. v. 1-8.

2. *For.*

2. *Formam* in monte oſtenſam v. 9.40. conf. c. 26. v. 30.
3. *Contenta*, ubi ſpeciatim
   Arca fœderis v. 8-16.
   Hilaſterium v.17-22. conf. c.26. v.34.
   Menſa propoſitionis v.23-30.it.c.26.v.35.
   Candelabrum v.31-39. Huc ref. ex c. 27. v. 1-8.
   Altare holocauſticum.
4. *Continentia* ~~c. 26~~. ubi
   Latera v. 1-6.
   Tectum v. 7-14.
   Copulantia ſeu aſſeres v. 15-25.
   ac obices v. 26-30.
   Velum interius v. 31-33. ac janua v. 36. 37.
   Atrium ſanctum ~~c. 27.~~ v. 9-18.
   Subjicitur mentio olei perpetui v. 20. 21.
5. *Adjuncta, Sacerdotes*, quorum deſcribitur
   Habitus, ~~c. 28~~.
   Conſecratio c. ~~29~~.cum altari jugis ſacrificii v. 36- fin.
   Officium reſpectu
   Thymiaterii c. ~~30.~~ v. 1-10. (cenſus populi v. 11-16.)
   Labri ænei. v. 17-21.
   Olei ac Thymiamatis ſacri v. 22. fin.
6. *Structores* ſ. artifices, *Bezaleel* & *Ahaliab* c. ~~31.~~ v. 1-11.
   Ubi appendix de obſervatione Sabbathi v. 12-17. & tabulis fœderis v. 18.

*RETARDATUR per* μοσχολατρείαν, ubi

Pec-

Peccati commiſſio c. ~~32~~. v. 1-6. cum
Moſis, tabulas frangentis, zelo ac interceſſione v. 7. fin.
Populi pœnitentis reconciliatio in gratioſo DEI cum Moſe commercio c. ~~33~~.
Reconciliationis fructus, ubi
Tabularum reſtitutio c. ~~34~~. v. 1-4.
Gratioſus Domini deſcenſus & tranſitus v. 5-9.
Renovatio fœderis per repetitionem promiſſionum ac legum v. 10-27.
Splendor Moſis v. 29. fin.
*ELABORATUR*, ubi
Elaborationis Materia poſtulata c. ~~35~~. v. 4-9.
& ſubminiſtrata ſuperflue v. 20-26.
c. 36. v. 1-7. it. c. 38. v. ~~II~~ 21. fin.
Elaboratorum ſyllabus & quidem
externorum c. ~~36~~. huc ref. c. 38. v. 8-20.
internorum c. ~~37~~. huc ref. c. 38. v. 1-7.
veſtium ſacerdotalium c. ~~38~~ 39. v. 1—31.
*CONSVMMATVR*, cum acceptatione ac benedictione Moſis c. ~~39~~. v. 32. fin.
*ERECTVM* (c. 33. v. 7.) ac illuſtratum divinitus *APPROBATVR* c. ~~40~~.

# LEVITICUS.

*Liber Leviticus* unius menſis chronologia abſolvitur. conf. Exod. 40. v. 17. cum Num. I. v. 1. & myſteria Evangelica ſub vario variorum

rum rituum involucro continet: dividitur commodiſſime in quatuor partes, quarum

Prima agit de ſacrificiis c. 1-7. huc ref. c. 17.

Secunda de Sacerdotibus c. 8-10. huc ref. c. 21, 22.

Tertia de Purificationibus immunditiei c. 11-16.

Quarta de Legibus mixtis c. 18. ſeq.

## I. SACRIFICIA,

in quibus notantur

SPECIES, pro diverſitate materiæ & objecti

1. *Holocauſticum* c. 1. ex animatis
   Juvencis v. 3-9.
   Ovibus ac capris v. 10-13.
   Avibus v. 14-fin.
2. *Cibarium* ſ. *Mincha* c. 2. ex inanimatis
   Farina v. 1- 3.
   Panibus ac placentis v. 4-10.
   Frugibus ſ. ſpicis v. 14-16.
   ſine fermento ac melle, cum ſale v. 11. 12. 13.
3. *Euchariſticum* c. 3. ob beneficia impetrata, e bobus v. 1-5. ovibus v. 6-11. capris 12-16. cum adipe ac ſanguine v. 17.
4. *Expiatorium* pro peccato
   *Cum errore* c. 4. & quidem
   Sacerdotis v. 3-12.
   Totius cœtus v. 13-21.
   Principis v. 22-26.
   Plebeji v. 27. fin.

*cum reatu* c. 5. ubi reatus expiatio.
RITUS c. 6, 7. & quidem reſpectu ſacrificii
Holocauſtici c. 6. v. 8-13.
Cibarii ſ. Minchæ v. 14-23.
Expiatorii pro peccato
cum errore v. 24. fin.
cum reatu c. 7. v. 1-7.
Euchariſtici ſ. pacifici v. 11-21.
accedit lex de adipe v. 22-25.
ſanguine v. 26-27.
portione ſacerdotis v. 8-10. 28-33.
LOCUS c. 17. v. 1-9. accedit lex de
Sanguine non comedendo v. 10-14.
Carne morticina vitanda v. 15. 16.

II. SACERDOTES.

eorum

INAUGURATIO c. 8. quæ poſt præparatoria
v. 1-5. fit
abluendo v. 6.
veſtiendo v. 7-9. & 13.
ungendo v. 10-12.
ſacrificando v. 14-21.
aſpergendo & illinendo v. 22-24. 30.
accedit duratio v. 33. fin.
MUNERIS INCHOATIO c. 9. quæ
Mandata v. 1-7.
Expedita v. 8-22.
Comprobata, gloria & igne v. 23. 24.
VINDICATA ABERRATIO c. 10. filiorum
Aaronis,
Natu majorum, Nadab & Abihu v. 1-15.

Na-

Natu minorum, Eleazar & Ithamar v. 16. fin.
CHARACTERES c. 21. qui ſunt
Puritas Sacerdotis
Communis reſpectu
luctus v. 1-4.
capillitii v. 5-6.
conjugii v. 7-8.
familiæ v. 9.
Maximi reſpectu
luctus, v. 10-12.
conjugii, v. 13-15.
Integritas v. 16-24.
JURA & CURA c. 22. circa ſacrificiorum
Eſum v. 1-16.
Integritatem v. 17-30.
Cum epiphonemate pædeutico v. 31-33.

III. PURIFICATIONES IMMUNDITIEI,

I. In *ANIMALIBUS*, ratione
*Eſus*, neceſſario vitandi c. 11. v. 1-23.
*Contactus*, facile contingentis v. 24-43.
Accedit epiphonema v. 44 - fin.
II. In PUERPERA c. 12. ubi
Impuritas, ratione filii v. 1-4. filiæ v. 5.
Purificatio ditioris v. 7. egenæ v. 8.
III. In LEPRA, ubi ejus
Cognitio c. 13. in
Perſonis v. 1-44. earum officium v. 45. 46.
Veſtimentis, in ejus abolitione v. 47-fin.
Purificatio c. 14. reſpectu

Homi-

Hominum, & quidem
ditiorum, v. 1-20.
egenorum, v. 21-32.
Ædium, ubi
Præmittitur cognitio v. 33-38.
Subjungitur purgatio, & quidem
Phyſica v. 39-45.
Ceremonialis v. 46-53.
Accedit concluſio v. 54. fin.
IV. IN PROFLUVIIS c. 15. & quidem
Maſculorum, laborantium gonorrhœa,
generali v. 1-15. ſpeciali v. 16-18.
Fœminarum v. 19-30. Epiphon. v. 31-33.
V. In UNIVERSO POPULO, unde
EXPIATIO ANNIVERSARIA c. 16.

## IV. LEGES MIXTÆ.

MORALES de
Conjugio nefando c. 18. ubi
*Exordium* dehortatur a moribus Chanaan. v. 1-5.
*Tractatio* prohibet
Certos gradus conſanguin. v. 6-13.
affinitatis, v. 14-18.
Certam conditionem v. 19. 20.
Sodomiam cum immolatione ſeminis v. 21-23.
*Concluſio* dehortationem Exordii denuo urget v. 24. fin.
Monitis mixtis circa *decalogum* c. 19.
FORENSES de pœnis flagitioſorum c. 20.

Idololatrarum v. 1-5.
Superſtitioſorum v. 6-8, 27.
Maledicorum in parentes v. 9.
Neſande concumbentium v. 10-21.
Accedit appendix pædevtica v. 22. fin.
CEREMONIALES, de
1. FESTIS ſ. FERIIS, & quidem
*Populi* anniverſariis, c. 23. ut ſunt
Paſcha v. 4. ſeq. (Sabb. v. 3.)
Pentecoſte v. 15. ſeq.
Tubarum v. 23. ſeq.
Expiationis anniverſariæ v. 26. ſeq.
Tabernaculorum v. 33. ſeq.
*Terræ* c. 25. & quidem anno
Septimo, *Sabbathum* magnum v. 1-7.
Quinquageſimo, *Jubilæum* magnum, v. 8. ſeq.
2. APPARATU SACRO, c. 24. & quidem
Lucernarum v. 1-4.
Panum propoſitionis v. 5-9.
Cum appendice de
Blaſphemo v. 10-16, 23.
Jure talionis v. 17-22.
3. CONSECRATIONE VOTIVA AC REDEMTIONE
Animatorum & inanimatorum c. 27.
Tandem loco *clauſulæ* ac *obſignationis* ſubjiciuntur
PROMISSIONES ac POENÆ Legales c. 26.

NU-

# NUMERI.

*Liber Numerorum* continet hiſtoriam annorum 39. Num. 1. v. 1. Deut. 2. v. 14. ſcil. Iſraëlitarum profectionem militarem in terram Chanaan. Quæ *profectio* pro partitione libri conſiderari poteſt ut *parata, ſuſcepta, retardata, promota, finita.*

I. PARATA per

1. *Recenſionem populi*

A. Politicam c. 1. ⎧huc ref. recenſionē Princ.
B. Caſtrenſem c. 2. ⎨certatim offerentium munera c. 7.

C. Leviticam, ubi Levitarum

a. Vocatio & ſubſtitutio in locum primogenit. c. 3.

b. Miniſterium c. 4. ſpeciatim Kahathitarum, Gerſonitarum, Meraritarum.

(Not. inſeruntur leges de
Munditie caſtrorum c. 5. v. 1-4.
Ablatis reſtituendis v. 5-10.
Zelotypia v. 11. fin.
Naziræatu c. 6. v. 1-21.
Benedictione Sacerdotali v. 22. fin.)

c. Conſecratio ac ætas c. 8.

2. *Exhibitionem viatici, hodegi, claſſici, comitis.*

Viatici in agno Paſchali c. 9. v. 1-14.
Hodegi in ductu nubis v. 15-fin.
Claſſici in tubis c. 10. v. 1-10.
Comitis Hobabi v. 29. ſeq.

II. SUSCEPTA (c. 10. v. 11. ſequent.) ex deſer-

to *Sinai*, populo ſepties tumultuante & quidem

1. *Ob tædium itineris* cum pœna ignis c. 11. v. 1-3.

2. *Ob faſtidium mannæ*, quod in copia coturnicum fiebat peſtiferum v. 4. ſeq.

Not. inſeritur murmur privatum *Aaronis* & *Mirjam* contra Moſen, verbis & lepra vindicatum c. 12.

3. *Ob exploratorum relationem*, ubi

Exploratorum ablegatio, expeditio, relatio c. 13.

Inde orta ſeditio cum mitigata pœna c. 14.

Subſequens reconciliatio c. 15. teſtata *legislatione* de

Libaminibus v. 1-16.

Primitiis farinæ ſ. maſſæ v. 17-21.

Peccatorum expiatione v. 22-31.

Supplicio profanantis Sabbathum v. 32-36.

Veſtium fimbriis v. 37-fin.

4. *Ob Sacerdotium Aaronis*, ubi conjurantium triga terra abſorbetur c. 15. v. 1-40.

5. *Ob præcedens ſupplicium*, ubi

Ipſa murmuratio cum pœna peſtis v. 41. fin.

Miraculoſa ſacerdotii per virgam confirmatio c. 17.

Confirmatorum

Stipendia c. 18.

Officia circa *vaccam ruffam*, & inde tinctam *aquam luſtralem* c. 19.

6. Ob

6. *Ob penuriam aquæ:* ubi data aqua ex petra, & reprehenſa Moſ.& Aar. ὀλιγοπιςία, moritur Aaron, ſurrogato Eleazar c. 20.
7. *Ob tædium itineris* ac *mannæ*, vindicibus ſerpentibus c. 21. v. 5-9.

III. RETARDATA ab hoſtibus.

EDOMITIS, tranſitum negantibus c. 20. v. 14-21.

CHANANÆIS & AMORÆIS, Sihon & Og peremtis c. 21. v. 1-4. 16-fin.

MOABITIS ſ.MIDIANITIS, qui pugnant *Diris*, per Bileamum, cujus not.

Adventus a Balako promotus, obſtante Angelo c. 22.

Maledictio ter in benedictionem verſa c. 23.

Præſagia indignante Balako c. 24.

*Blanditiis*, unde ſcortatio ſpirit. ac corpor. perpetrata ac vindicata c. 25.

IV. PROMOTA & quidem

1. Luſtratione nova novi exercitus c. 26.
2. Inauguratione novi Ducis, Joſuæ c. 27. v. 12- fin.

præmiſſa lege de ſucceſſione in prædia v. 1-11.

(Not. Inſeruntur leges de ſacrificiis feſtorum c. 28. 29. ac votis c. 30.

3. Expugnatione Midianitarum, cum præda ampliſſ. c. 31.
4. Occupatione terræ cis Jordanem, facta

a tribu Gad, Ruben & dimid. Manaſſe c. 32.

V. FINITA prope Jordanem, ubi
Migrationum Index ſeu repetitio, cum lege de expellendis Chananæis c. 33.
Terræ occupandæ
Limites ac diſtributores c. 34.
Urbes Levitarum 48. inter quas 6. Aſyla c. 35.
Poſſesſiones per nuptias non alienandæ c. 36.

# DEUTERONOMION.

*Liber Deuteronomii* ſub duorum circiter menſium chronologia tradit repetitæ ac declaratæ legis epitomen, recens in deſerto natis & jam jam terram occupaturis accommodatam. Partitio fieri poteſt in forma orationis, ſecundum

*Prologum, Tractationem* & *Epilogum*.

## I. PROLOGUS.

Quo per 4. priora capita conciliatur populi
*Benevolentia* a beneficiis per Moſen datis in
Politiæ conſtitutione & exploratorum ablegatione c. 1.
Militari expeditione adverſus
Populos cis Jordanem c. 3. 4.

Ubi

Ubi & terræ occupatæ diſtributio & Joſuæ ſuccesſio c. 4. v. 12. ſequent.

*Attentio* in gravisſima legis commendatione, in primis a legis ac legislationis præſtantia, obſequii commodo, & inobedientium pœnis. c. 4.

## II. TRACTATIO.

Hæc exhibet repetitionem legis

MORALIS c. 5. ubi commendatio

Totius Decalogi c. 5.

Præcepti primi, ubi cultus moralis

Indoles in amore & timore c. 6.

Contrarium in commercio gentilium c. 7. v. 1-5. 25. 26.

Dignitas ac utilitas v. 6-24.

Subjectum, animus gratus ac demiſſus, in cognitione beneficiorum ac propriæ indignitatis c. 8. 9. & 10. v. 1-11.

Vis ac nervus cum fructu c. 10. v. 12-fin. c. 11.

Inſtaurator, Chriſtus, Archi-Propheta, pſevdoprophetis, fanaticis ac ſuperſtitioſis oppoſitus c. 13. & 18.

CEREMONIALIS de cultus Levitici

Loco, remotive, & poſitive c. 12.

Impedimento, in nimio luctu & immundorum eſu. c. 14. v. 1-21.

Subſidio in decimis vicinorum ac remotorum. v. 22-fin.

Anno Sabbathico, cum cura pauperum c. 15.

Feſtis majoribus, Paſch. Pent. Tabern. c. 16.
Ritu in offerendis primitiis ac decimis c. 26.
FORENSIS de
Magiſtratu, judicibus, ſacerdotibus, regibus. c. 17.
Aſylis, c. 19. v. 1-13. ac teſtibus v. 15. fin.
Præliis & obſidionibus c. 20.
Homicidio occulto c. 21. v. 1-9.
Matrimonio cum captiva v. 10-14.
Jure patrio in primogenitos ac degeneres v. 15-21.
Suſpenſi cadavere v. 22, 23.
Subjicitur legum, inprimis forenſium & œconomicarum, farrago, crebra lectione obſervanda c. 23. 24. 25.

EPILOGUS
qui eſt
PARÆNETICUS ad obſervationem legis, ubi
Monumenta

*Realia*
Columnæ lapideæ c. 27. v. 1-4.
Altare lapideum. v. 5-10.
*Verbalia*, proclamatio promisſionum ac comminationum. v. 11- fin. c. 28.
*Fœderalia* in renovatione fœderis ac comminatione c. 29.
*Conſolatoria* ſub futura afflictione & converſione c. 30. v. 1-10.
Subjungitur cum facilitate legis, gravisſima obteſtatio. v. 11- fin.

HISTORICUS, continens ultima Moſis, ubi ejus

Diſpoſitio ante mortem, facta

Succeſſoris, Joſuæ, confirmatione c. 31. v. 1-8. 14. 15. 23.

Legis commendatione v. 9-27.

Monitoria cautio ex DEI mandato

deſcripta v. 16-22. 28-30.

Recitata c. 32. accedit mandatum de conſcenſu montis fatalis v. 48-52.

Prophetica tribuum benedictio. c. 33.

Chananææ contemplatio c. 34. v. 1-4. quam excepit obitus, ſepultura, luctus, ſucceſſio v. 5 - fin.

# JOSUA.

*Liber Joſuæ*, ſub viginti ſeptem circiter annorum chronologia, continet hiſtoriam *Chananææ occupatæ* & *diſtributæ*.

## I. TERRÆ OCCUPATIO.

ejus

PRÆPARATIO, ubi

1. Joſuæ confirmatio (c. 1.) per

DEUM v. 1-9.

Populum v. 10-18.

2 Exploratorum miſſio, periculum, reditus, relatio c. 2.

3 Tranſitus per Jordanem, ejus

a) Apparatus & actus c. 3.

b) Monumentum, ſtatutum in Jordane & Gilgal. c. 4.
c) Conſequens c. 5. ſcilicet
Terror gentilium. v. 1.
Circumciſio populi v. 2-9.
Celebratio Paſchatis v. 10, 11.
Ceſſatio Mannæ. v. 12.
Αγγελοφάνεια v. 13-15.

MODUS, ubi notatur
1. *Expugnatio urbis*
*a*) *Jericho*, ſervata Rahab. c. 6.
Conſequ. ſacrilegium Achan. c. 7.
*b*) *Ai*, per inſidias c. 8. cujus conſequens
Benedictionum ac maledictionum proclamatio v. 30-fin.
Gibeonitarum dolus c. 9. qui
excogitatus, v. 1-5.
exercitus, v. 5-15.
detectus, v. 16-18.
vindicatus, v. 18-fin.
2. *Victoria Joſuæ* ampliſſima c. 10. quam
conſequitur contra 5. Reges confœderatos v. 1-11.
perſequitur, ſtante ſole v. 12-fin.
auget, cæſis reliquis Chananæis c. 11.
ſubjuncto devictorum Regum 31. catalogo c. 12.

## II. TERRÆ DISTRIBUTIO.
ubi, poſt diſtribuendi mandatum *ſors* tribus

*Ruben*,

*Ruben, Gad, Man.* repetita c. 13.
*Calebi* petita & obtenta c. 14.
*Judæ*, c. 15. ſecundum
Terminos v. 1-12.
Portionem Calebi v. 13-20.
Vrbes, v. 21-23.
*Ephraim.* c. 16. & dim. *Man.* c. 17.
*Benjamin*, erecto tabernaculo in *Silo*,
& habitis primis comitiis c. 18.
Sex reliqu. trib. *Simeon, Sebulon, Iſaſchar, Aſſer, Naphtali, Dan*, ac Joſuæ c. 19.
*Levitarum*, quibus ceſſere deſtinata
ſex aſyla, cis & trans Jord. c. 20,
42. reliquæ urbes c. 21.
Conſequens Transjordanenſium pædeutica dimisſio, lite ſuborta & ſopita c. 22.

ULTIMA JOSUÆ

Comitia, concionibus & fœdere illuſtria,
priora c. 23.
poſteriora. c. 24. v. 1-28.
Mors (uti & Eleaſaris) ac ſepultura v. 29-33.

# LIBER JUDICUM.

HIc liber continet hiſtoriam annorum 350. (Act. 13. v. 20.) & deſcribit varium Reip. Judaicæ ſtatum ſub duodecim judicibus.

Partitio fieri pt. in forma orationis, ſecundum *Prologum, Tractat, & Epilogum.*

PRO-

## PROLOGUS.

Hic eſt Epanorthoticus ſ. habet Epanorthoſin (c.2. v. 1. ſequ.) ob
Expugnationem terrarum,
continuatam quidem c. 1. v. 1-26.
ſed non abſolutam v. 27-fin.
Impietatem populi, poſt Joſuam ſub judicibus c. 2.

## TRACTATIO

Continet Hiſtoriam ſeptem
Oppreſſionum ac liberationum, quarum
*Prima*
oppresſio, facta a Syris c. 3. v. 1-8.
liberatio, duce *Athniel* v. 9-11.
*Secunda*
oppresſio a Moabitis, v. 12-14.
liberatio, duce *Ehud* v. 15-30.
*Tertia* oppr. per Philiſt. lib. per *Samgar*, v. 31.
*Quarta*
oppresſio a Chananitis. c. 4. v. 1-3.
liberatio, judice *Debora*, duce *Barak*. v. 4-fin.
conſequens, *Epinicium* c. 5.
*Quinta*
oppresſio a Midianitis. c. 6. v. 1-10.
liberatio, duce *Gideone*. c. 6. 7. 8. 9: ejus
Vocatio, confirmata miraculo ignis c. 6. v. 11-24.
Vocati ſpecimen heroicum, deſtructio aræ v. 25-32.
Apparatus ad bellum, cum exploratione DEI v. 33-fin.

Vi-

Victoria, quam cum ſelecta manu, fauſtoque omine
Conſequitur c. 7. v. 1-22.
Perſequitur v. 23-fin. c. 8. v. 1-3. cum vindiciis in obſtantes v. 4-21.
Modeſtus, ſed idololatricus ad ſtatum privatum reditus ac mors v. 22-32.
Conſequens, populi idololatria v. 33-fin.
Succeſſor, *Abimelech*, cujus ſanguinaria invaſio, c. 9.
Facta per Sichemitas v. 1-6.
Diſſuaſa, a Jotham per apologum v. 7-21.
Vindicata in
Sichemitis v. 22-49.
Abimelecho v. 50-fin.
Not. hic intercedit judicium *Tholæ* & *Jair* c. 10. v. 1-5.

*Sexta*
oppresſio a Philiſtæis & Ammonitis. c. 10. v. 6-9.
liberatio, ejus
Cauſa populi pœnitentia v. 10-fin.
Miniſter, *Jephtha*, ejus
Vocatio c. 11. v. 1-11.
Gemina ad Amonitas legatio v. 12-28.
Expeditio fauſta, votum infauſtum, v. 29-fin.
Clades Ephraimitis illata ac mors c. 12. v. 1-7.
Poſt ſecuta eſt Judicum triga ſc. *Ebzan*, *Elon*, *Abdon* v. 8-15.

*Septi-*

*Septima*

oppreſſio, a Philiſtæis c. 13. v. 1.

liberatio, vindice *Simſone,* ejus

Promiſſa nativitas & indoles v. 2-fin.

Ambitus, ſponſalia & nuptiæ c. 14.

Repudiati ternæ vindiciæ c. 15.

Eluſæ inſidiæ, captivitas, robur ac mors Philiſtæis fatalis. c. 16.

## EPILOGUS.

Hic ſubnectit corruptiſſimi ſtatꝰ ſpecimina

Primum in Idololatria, quæ

*Inchoata privatim* in domo Michæ c. 17. ubi

idolum conficitur v. 1-6.

Miniſter conſtituitur v. 7-fin.

*Propagata publice,* in Danitarum colonia c. 18. ubi

occaſio, diverſio in ædes Michæ v. 1-10.

Medium, raptus idoli v. 14-26.

Effectus, idololatria publica v. 27-fin.

Alterum in nefanda libidine, quæ

perpetrata a *Gibeonitis* c. 19.

vindicata in tota tribu *Benjamin,* quæ

poſt cladem Iſraëlitarum deleta c. 20.

poſt pœnitentiam inſtaurata c. 21.

per matrimonium cum filiabus Jabes v. 1-15.

per raptum filiarum Siloh v. 16-fin.

# RUTH.

Libellus Ruth, in ejus cum *Boazo* nuptiis, exhibet egregium providentiæ divinæ ſpecimen, circa tempora judicis *Ebud* vel *Samgar*. Deſcribitur autem nuptiarum

*Occaſio*

Viduitas ac reditus cum Naëmi ſocru in patriam c. 1.

Spicilegium in agro humanisſimi Boazi. (c.2.

*Conſilium*, datum & obſervatum. c. 3.

*Celebratio*. c. 4.

legitime quæſita v. 1-12.

Proſpere effecta, edito *Obed*, avo Davidis. v. 13 - fin.

# LIB. I. SAMUELIS.

Liber I. Samuelis continet octoginta annorum (1.Sam. 4. v. 18. Act. 13. v. 21.) hiſtoriam, quæ quaſi *tripartita*, quam commodisſime ad ultimum judicem, *Samuelem*, & primum Regem, *Saulem*, ejusque ſucceſſorem, *Davidem*, refertur.

## I. SAMUEL

ejus

1. *Natales*, ubi mater *Hanna*

ſterilis filium exorat. c. 1. v. 1-18.

fœcundata filium conſecrat v. 19 - fin.

cantico DEUM celebrat c. 2. v. 1-10.

2. *In-*

2. *Inſtitutio ſub Eli* (v. 11-18. 19-26.) cujus not.
filii degeneres, v. 12-17.
Exprobrata indulgentia v. 22-fin.
3. *Repetita vocatio*. c. 3. v. 1-10. cum pœna Eli
denuo prædicta v. 11. ſeq.
mox inflicta c. 4.
filiis per cædem v. 1-11.
patri per præcipitium v. 12-18.
nurui per partum fatalem v. 19-fin.
4. *Fata* cum capta arca fœderis, quæ
abducitur in vindictam c. 5.
remittitur cum donis c. 6. v. 1-12.
recipitur temere in pœnam v. 13. ſequ.
5. *Comitia* in Mitſpa, c. 7. ubi
eccleſiam reformat v. 1-6.
victoriam impetrat v. 7-14.
Judicium adminiſtrat v. 15-17.
6. *Solennis abdicatio*. c. 12. per
Orationem v. 1-7.
Diſceptationem comprobatam ſigno v. 8-19.
Conſolationem pædeuticam v. 20-fin.

II. REX SAUL
qui

1. *Poſtulatur* indefinite c. 8. quod
factum v. 1-5.
improbatum, denunciato jure Regis v. 6-18.
repetitum. v. 19-fin.
2. *Deſignatur* c. 9. ubi
deſignati parentes, dotes, ſtudia, acceſſus ad Sam. v. 1-14.

Deſi-

Deſignationis modus. v. 15 - fin.

3. *Inauguratur*, c. 10.

*Privatim*, per unctionem v. 1.

*Conſequ.* prædictio, impletio v. 2 - 16.

*Publice* per declarationem Samuelis v. 17 - fin.

4. *Confirmatur* c. 9. ubi

*Occaſio*, victoria ſ. liberatio Jebuſitarum v. 1 - 11.

*Modus* ſeu ſolennia v. 12 - fin.

5. *Repudiatur* in apparatu belli c. 13. ubi

Illicite ſacrificat v. 9. ſequ.

Militibus ac armis deſtituitur v. 6. ſequ.

6. *Præliatur* feliciter, contra

a) Philiſtæos c. 14. ubi *victoriam*

Conſequitur per *Jonathanem* v. 1 - 15.

Perſequitur cum transfugis v. 16 - 23.

*Inquinat* inconſulta adjuratione v. 24. ſequ.

*Conſequens*, rogati DEI ſilentium. v. 17.

b) Hoſtes univerſos. v. 47. 48. inprimis Philiſt. v. 52.

Appendix de familia Saulis v. 49 - 51.

c) Amalekitas c. 15. ubi

Mandatum, apparatus & actus v. 1 - 8.

*Conſequens*, Saulis inobedientia

Commiſſa cum erecto tropæo v. 9 - 12.

Reprehenſa v. 13 - 23.

Agnita, ſed vindicanda v. 24 - 31.

Compenſata per *Sam.* in Agago v. 32 - ſeqq.

## III. REGNI CANDIDATUS DAVID.

ejus

1. *Vocatio* per unctionem. c. 16. ubi
 Ratio v. 1-13.
 Conſequ. Saulis deſertio, levata Davidis Muſica v. 14-fin.
2. *Monomachia* victrix cum Goliatho c. 17. hinc
 Jonathanis amicitia c. 18. v. 1-4.
 Applauſus mulierum v. 6. 7. & inde
 Odia Saulis, prodita
  Verbis ac geſtibus v. 8. 9.
  Jactu haſtæ v. 10-12.
  Semotione v. 13-16.
  Inſidioſis nuptiis v. 17. ſequ.
3. *Exilium* ſ. octies variata fuga.
 *Prima* ad *Samuelem* in Ramah c. 19. ejus
  cauſa, vitæ periculum v. 1-17.
  actus v. 18.
  effectus, ſervatio inter Prophetarum choros. v. 18 fin.
 *Secunda* ad *Jonathanem*, qui cum ipſo fœdus ſancit ac ſervat. c. 20.
 *Tertia* ad *Achis*, Reg. Phil. in Gath. c. 21.
  Antecedens inſtruitur pane & gladio ab *Achimelecho*, obſervante *Doëgo* v. 1-9.
  Actus ſ. ipſa fuga v. 10.
  Conſequens ex parte
   Davidis, periculum, ſed evitatum. v. 11-fin.

Achi-

Achimelechi, ejus & 85. ſacerd. cædes
c. 22. v. 6. ſequ.

*Quarta*, in ſpeluncam *Adullam* & ad Moabitas. ejus
actus v. 1-4. conſequ. reditus in Judæam
v. 5.

*Quinta* in deſertum *Siph* & *Maon* c. 23. ubi
antecedens, liberatio Kegilæ. v. 1-12.
actus v. 13. 15. 24.
conſequens
fœdus cum Jonathan v. 16-18.
Proditio, periculum, & liberatio v.
19-fin.

*Sexta* in deſertum *Engeddi*. c. 24. ubi
Saulis periculum in ſpelunca v. 3-8.
Davidis pietas, Saulem mitigans v. 9-fin.

*Septima* in deſertum *Pharan* & *Maon*, ubi
Concomitans c. 25. in eum
Durus *Nabal* v. 1-22.
Humana *Abigail*, uxor. 23-fin.
Conſequens, c. 26.
Saulis perſequentis periculum v.
1-12.
Davidis pietas, Saulem mitigans. v.
13-fin.

*Octava*, iterum ad *Achis*, R. Phil. ejus
Actus c. 27. v. 1-4.
Status in urbe Ziklag, quam
Traditam obtinet, una cum excurſionibus in hoſtes v. 5-fin.
Vaſtatam in Amalekitis vindicat c. 30.

Conſequens, bellum cum Philiſtæis, cujus eventus
*magice* exploratus ac prædictus c. 28.
*tragice* in Saule ac Iſraëlitis impletus c. 31. v. 1-10.
conſequ. Jabeſitarum pietas v. 11-13.

# LIB. II. SAMUELIS.

HIc liber continet res Davidis per annos 40. & 6. menſes, quibus regnum ejus abſolvitur, 2. Sam. V. v. 5. Poteſt vero hæc hiſtoria referri ad quatuor hæc momenta, ut ſunt: I. *Regni auſpicia.* II. *Regni adminiſtratio.* III. *Regni labefactatio.* IV. *Ultima Davidis.*

## I. REGNI AUSPICIA.

SUPER JUDA, ubi inaugurationis
Antecedens, Davidis pietas in Saulem, teſtata luctu c. 1. v. 1-12.
Percuſſoris ſupplicio. v. 13-15.
Threnis. v. 17-fin.
Ratio per iteratam unctionem, quæ facta in Hebron c. 11. v. 1-4.
denunciata Jabeſitis, cum benedict. v. 5-7.
SUPER ISRAEL, ubi inaugurationis
Antecedens, pugna cum domo Saulis, ubi *Abner*
cum Isboſeth rebellat ac vincitur v. 8-fin.

ab

ab Isboſetho ad Dividem tranſit c. 3. v. 1-21.
a Joabo interficitur, lugente Davide. v. 22 - fin.
*Isboſeth* cæditur, vindice Davide c. 4.
Ratio, per reiteratam unctionem c. 5. v. 1-5.

II. REGNI ADMINISTRATIO, ubi

Jebuſitis Zionem, ſedem ſuam, eripit c. 5. v. 6-10.
Familiam auget v. 11-16. conf. c. 3. v. 2-5.
Philiſtæos bis debellat v. 17 - fin.
Arcam fœderis Zionem deportat c. 6. ubi
Uſæ cædes, Obededomi benedictio, tripudium Davidis.
De exſtruendo templo conſultat, ubi conſiliũ captum & approbatum c. 7. v. 1-3.
inhibitum cum promiſſione de regno
corporali v. 4-11.
ſpirituali ſub *Meſſia*, v. 12-16.
*conſequ.* preces euchariſticæ v. 12-fin.
Regnum amplificat, debellatis undique hoſtibus. c. 8.
annectitur indiculus miniſtrorum. v. 15-18.
In Mephiboſethum fil. Jon. eſt benignus c. 9.
Ammonitas ob violatos legatos cum Syris denuo ſubigit. c. 10.

III REGNI LABEFACTATIO.

CULPA, ejus
perpetratio in adulterio & homicidio c. 11.

Emendatio per pœnitentiam. c. 12. v. 1-13.
*Conſequens.*
Mors filii adulterini v. 14-23.
Nativitas *Salomonis* v. 24. 25.
Expugnatio *Rabbæ* Ammonitarum v.
POENA, eaque (26-fin.
*Privata Ammonis* cum *Thamar* inceſtus c. 13.
quæſitus ac commiſſus v. 1-14.
in odium verſus. v. 15. ſequ.
vindicatus per *Abſolonem* v. 23. ſequ.
profugum v. 34. ſequ.
reconciliatum a *Joabo* per *Thecoitam*, c. 14.
*Publica*, ſeditio
ABSOLONIS, ejus
Ortus c. 15. per
alienationem populi v. 1-6.
invaſionem regni v. 7-12.
fugam Davidis v. 13-fin.
Progreſſus. c. 16. ubi Davidem exulem exagitat
Ziba, calumniator Mephib. v. 1-4.
Simei maledicus v. 5-14.
Abſolon degener, qui
Hieroſolymam occupat. v. 15-19.
Davidis concubinas ſtuprat v. 20-fin.
Exitus felix Davidi, per
Chuſai conſilium c. 13. v. 1-14. unde
Achitophel ſe ſuſpendit
David evadit. v. 15-fin.
Seditioſorum, inprimis Abſol. cædem,

Da-

Davidi nunciatam, ſed ingratam c. 18.
Davidis reſtitutionem c. 19. ejus
remotum impedimentum in luctu v. 1-8.
conſilium datum & effectum a Juda v.
9-18.
Adjunctum, reſtituti gratia erga
Simei v. 19-23.
Mephiboſeth v. 24-30.
Barſillai v. 31. ſequ.
SEBÆ, qui, occiſo Amaſa, in *Abel* ſupprimitur c. 20.
Huc ref. peſtis triennis c. 21. quæ,
illata ob cæſos Gibeonitas v. 1-4.
ſublata per cædem familiæ Saulis v. 5-14.
Conſequ. quatuor bella cum Philiſtæis
v. 15-fin.

## ULTIMA DAVIDIS.

1. Epinicion euchariſticum. c. 22. Pſ. 18.
2. Cantio cygnea de Meſſia c. 23. v. 1-7.
cum Catalogo Heroum. v. 8-fin.
3. Populi recenſio c. 24.
ſuggeſta & effecta v. 1-9.
Agnita cum dolore v. 10.
Vindicata v. 11-16.
Expiata, per
deprecationem v. 17.
altaris erectionem v. 18-fin.

# LIB. I. REGUM.

Hic liber continet hiſtoriam 118. annorum ſub regno conjuncto & disjuncto.

## I. REGNUM CONIUNCTUM Sub SALOMONE, qui illud

*Acquirit* per elect. & inaugurationem, ejus
Tempus, rigente ob ſenium Davide c. 1. v. 1-4.
Occaſio, invaſio *Adoniæ* v. 5-10.
interceſſio *Bathſebæ* & *Nathanis*. v. 11-31.
Solennia, præſcripta v. 32-37. expedita v. 38-40.
Propalatio cum invaſoris ſuppreſſione v. 41-fin.

*Confirmat* per
*Inſtructionis exſecutionem* c. 2. ubi
Inſtructio valedictoria v. 1-12.
*Conſequens*: Adoniæ cædes & Abjatharis remotio v. 13-27.
Exſecutio adverſus
Joabum v. 28 35.
Simei v. 36 fin.
*Sapientiam*, c. 3. quæ
a Deo impetrata v. 1-15.
in litigio demonſtrata v. 16-fin.
magnifice prædicata c. 4. v. 29-fin.
*Conſtitutionem imperii ac aulæ* c. 4. v. 1-28.

Orna;

*Ornat* ſtructura ædificiorum, inprimis *Templi*, ubi

Apparatus cum laborum diſtributione c.5.

Ipſa exſtructio cum templi delineatione c. 6.

(inſeritur ſtructura *Regiæ* c. 7. v. 1-12.)

Elaboratio ornamentorum ac inſtrumentorum c.7. v. 13-fin.

Initiatio c. 8. per

Arcæ fœd. collocationem. v. 1-9.

DEI apparitionem v. 10-13.

Initiantis preces v. 14-61.

Sacrificiorum oblationem v. 62-fin.

Conſequens,

Secunda DEI apparitio c.9. v. 1-9.

Hieramo facta compenſatio v. 10-15.

Vrbium variarum exſtructio v. 15. ſequ.

Ophiritica navigatio v. 25-fin.

Salomonis gloria ob

Sapientiam cognitam *Reg. Sab.* c. 10. v. 1-13.

Divitias & pompam v. 14-fin.

*Labefactat* per

culpam *polygamiæ* ac *idololat.* c. 11. v. 1-13.

Pœnam immiſſam per adverſarios

Hadad Edomitam v. 14-22.

Reſon v. 23-25. Jerobeam v. 26-40.

tandem *Sal.* mor. v. 42. 43.

## REGNUM DISJUNCTUM.

ubi præcipue notandi 7. *Reges Iſraël*,

 quo-

quorum

I. JEROBEAM c. 12. qui
cum 10. trib. a duro *Rehabeam* deficit c. 12. v. 1-24.
cultum idololatricum inſtituit v. 25-fin.
inde a viro DEI objurgatur, c. 13. ubi
prodigioſa objurgatio v. 1-10.
objurgantis fata v. 11-fin.
filii morte multatur c. 14. v. 1-20.
connexa: Hiſtoria Regum Judæ;
*Rehabeam* cum populo impius v. 21-fin.
*Abia* impius c. 15. v. 1-9.
*Aſſa* pius v. 10-24.

II. NADAB, quem tertio anno (v. 25-28.) percuſſit ſucceſſor.

III. BAESA, qui
familiam Jerob. exſtirpat v. 29-34.
ſed, prædicente Jehu, ipſe exſtirpandus c. 16. v. 1-7.

IV. ELLA, & hujus percuſſor (v. 8-10.) ac ſucceſſor

V. SIMRI, qui delet
familiam Baeſæ v. 11-15.
ſe ipſum incendio v. 16-20.

VI. AMRI, conditor Samariæ v. 21-28.

VII. ACHAB peſſimus v. 29-33. qui
(Hic incidit *Hiſtoria* ELIÆ, qui
alitur a *corvis* c. 17. v. 1-9. & *vidua* v. 10-16.
cujus filium reſuſcitat v. 17-fin.
*Baalitas* exagitatos mactat c. 18. ubi
Antecedens,

acceſſus ad Achab, nuncio Obadja
v. 1-18.
convocatio populi & Baalitarum v.
19. 20.
Modus v. 21-40.
Conſequens, repentina imbris effuſio.
v. 41-fin.
Minas *Jeſabelis* effugit c. 19. ubi
ab Angelo excitatus alitur v. 1-8.
a Domino viſitatus inſtruitur de
*Haſaël, Jehu* & *Eliſa* v. 9-fin.)
Syros cum Rege *Benhadad* bis debellat c. 20.
cum
culpa gratiæ indebitæ v. 31-34.
pœna typice prædicti excidii v. 35-fin.
Negatam Nabothi vineam occupat c. 21. quæ
affectata negatur, v. 1-4.
occiſo poſſeſſore occupatur v. 5-16.
Conſequens: graviſſima comminatio
per Eliam v. 17-fin.
Syris infeliciter cum Joſophato infert bellum
c. 22. quod
Deliberatum v. 1-4.
Probatum a 400. pſeudoproph. ſpec.
*Zedekia* v. 5-12.
Improbatum a *Micha* v. 13-28.
Illatum cum morte *Achabi* ominoſa v.
29-40.
*Connexum*: vita *Joſophati*. R. Jud. v.
41-fin.

LIB.

# LIB. II. REGUM.

Hic liber continet Hiſtoriam annorum 320. ſeu ſtatum regni utriusque, partim *integri*, partim *collapſi*.

## I. REGNUM UTRUMQUE INTEGRUM

ubi iterum præcipue notabiles ſunt *Reges Iſraël:*

I. ACHASIA, ſub quo incidunt *ultima Eliæ*, qui Regi ægroto, *Baalſebub* conſulenti, mortem minatur c. I. v. I-8.
illius emiſſarios bis igne abſumit v. 9-fin.
vivus in cœlum rapitur c. 2. ubi
Antecedens, colloquium & conſtitutio *Eliſæ* v. I-10.
Actus v. II-12.

II. JORAM, in cujus tempora incidit ELISA ejus *miracula*
PRIORA: divulſus Jordan c. 2. v. 13-18.
Sanatæ aquæ Jer. v. 19-22.
dilacerati empæctæ 42. v. 33-fin.
ſubminiſtrata aqua in bello Moab. c. 3.
MEDIA, ſcilicet
auctum viduæ oleum c. 4. v. I-7.
filius Sunamitidis
datus v. 8-17.
reſuſcitatus v. 18-37. (huc ref. matris abitum & reditum c. 8. v. I-6.)
Curata puls cum auctis panib9 v. 38-fin.
Lepra ablata a *Naaman* illata *Gehaſi*. c. 5.

PO-

POSTERIORA, ſcilicet
Ferrum natans c. 6. v. 1-7.
Syrorum proditio ac eluſio cum ἀγγελοφανεία v. 8-23.
Samaria a fame ac hoſtibus liberata v. 24-fin. c. 7.
Prædictio, Haſaëli facta & impleta c. 8. v. 1-15.
*Connexa: Joram* & *Achaſia*, Reg. Jud. v. 16-fin.
III. JEHU, ejus
Unctio & vocatio ad exſtirpandam domum *Achab* c. 9. v. 1-13.
Expeditio adverſus
Joram & Achaſia v. 14-29.
Jeſabel v. 30-fin.
Liberos 70. cognatos & reliquias Achabi c. 10. v. 1-17.
Prophetas & cultum Baal. v. 18. ſequ.
*Tædium Domini* adverſus Iſraël v. 32. ſequ.
IV. JOACHAS: ejus
*Connexa* in Reg. Judæ: ubi
*Athalia*, Achaſiæ mater, nepotes necat c. 11.
*Joas* relictus & pius. ibid. qui
creatur Rex, necata Athalia. ibid.
templum inſtaurat, duce *Jojada*. c. 12. v. 1-16.
pretio depellit *Haſaël*, R. S. & a ſuis occiditur v. 17-fin.

*Hi-*

*Hiſtoria*, ubi
Regis impietas & mors c. 13. v. 1-9.
Populi oppreſſio a Syris facta, mitigata a DEO. ibid.
V. JOAS, qui debellat
Syros ter, ex prædictione *Eliſæ*, etiam poſt mortem *thaumaturgi* v. 10-fin.
laceſſentem *Amaziam*, Reg. Judæ cum Judæis c. 14. v. 1-22.
VI. JEROBEAM, regni Iſraëlitici inſtaurator & Jonæ σύγχρονος v. 23-fin.
Connexum: Aſaria ſ. *Uſia* pius, R. Jud. ſed leproſus, cujus vicarius ac ſucceſſ. filius Jotham impius c. 15. v. 1-7.
VII. SACHARIA v. 8-12. SALLUM v. 13-16. MENACHEM, qui
*Phul*, Reg. Aſſ. pretio depellit v. 17-22.
VIII. PEKACHJA v. 23-26. PEKACH, ſub quo *Thiglath-Pileſer*. R. A.
magnam Iſraëlitarum partem, in ſpecie, *Gilead*, *Galilæam* & *Naphthali*, captivam abducit v. 27-31.
*Connexa: Achas*, Rex Jud. peſſimus Idololatra, cum ſac. *Vria*. c. 16.
Thiglath-Pileſer, ab Achaſo conductus, debellat *Rezin*, R. Syr. ibid. v. 9.

II. REGNUM COLLAPSUM.

SAMARITANUM S. ISRAELIT. ſub Rege *Hoſea* c. 17. ubi plenæ abductionis
Actus v. 1-6.
Cauſa, populi peccata v. 7-23.

Con-

Conſequens:

Aſſyriaca Samariæ colonia v. 24-26.

ipſe *Samaritaniſmus* v. 27-fin.

HIEROSOLYMITANUM ſ. JUD. ubi excidium *ſuſpenſum* ſub Rege

CHISKIAH pio, cujus periculum avertitur

*Publice in Regno*

religioſe adminiſtrato c. 18. v. 1-12.

a *Sancherib* contumelioſe impugnato v. 12-fin.

miraculoſe protecto c. 19. quæ protectio petita, promiſſa, præſtita.

*Privatim in vita*, ſub ſigno prolongata c. 20. v. 1-11.

*conſequ.* oſtentatio objurgata v. 12-fin.

*Acceleratum* ſub MANASSE & AMONE, pesſimis c. 21.

*Retardatum* denuo ſub optimo JOSIA, qui templum cum *Hilkia* ſac. reparat. v. 1-7.

reperto legis libro Dominum interrogat. v. 8-13.

qui per Huldam reſpondet

comminatorie. v. 14-17.

conſolatorie. v. 18-20.

Fœdus cum populo renovat c. 22. v. 1-3.

Cultum Baaliticum exſtirpat in

Templo v. 4-7.

Regno Judæ v. 8-14, 24. Iſraël v. 15-20.

Paſcha ſolennisſime celebrat v. 21. ſequ.

in

in expedition adverſus *Phar. Necho*
obit v. 29.30.
*Conſequens*: ſuccesſio,
JOACHASI, in cujus Ægyptum ducti
locum ſurrogatur
JOJAKIM v. 31-fin. c. 24. v. 1-6. & in
hujus
JOJACHIN. ibid.
*Conſummatum* a Nebucadnezar ſub rege
*Jojakim*, cum ſuis abducto c. 24. v. 6-16.
*Zedekia*, præfecto populi reliquiis, ubi
Zedekiæ defectio v. 20.
Repetita urbis expugnatio c. 25. v. 1-4.
Regis excœcati captivitas v. 5-7.
Templi, regiæ ac murorum deſtructio,
cum populi deportatione v. 8-21.
Conſequens in
*Judæa*, ubi *Gedaljah* præfectus
conſtituitur v. 22-24.
occiditur populo in *Ægyptum* fugiente v. 25. 26.
*Chaldæa*, ubi Jojachin evehitur ab
*Evilmerodach* v. 27-30.

# LIB. I. PARALIP.

HI libri ſcripti ſunt Auctore ESRA poſt liberationem ex captiv. Babylonica, & continent epitomen, partim etiam ſupplementum, totius hiſtoriæ ſacræ, jam inde a primis
ſuis

ſuis originibus arceſſitæ, inprimis genealogiæ; quæ durante exilio aliquanto confuſior ac intricatior facta videbatur. Liber prior continet Primordia REGNI ISRAELITICI. I. in GENEALOGIA. II. in MONARCHIA ſub DAVIDE.

## I. ISR. REGNI PRIMORDIA IN GENEALOGIA.

ADAMI usque ad Jacobum. c. 1.
JACOBI & JUDÆ in linea
  Meſſiæ c. 2. ac DAVIDIS. c. 3.
  Meſſiam non attingente. c. 4.
SIMEONIS. c. 5.
RUBEN, GAD, MANASSE dim. c. 6.
LEVI c. 7. huc ref. c. 10.
ISASCHAR, BENJAM. NAPHT. MAN. EPHR. ASSER. c. 8.
ſpeciatim BENJAMIN c. 9. reſpectu Saulis, pereuntis in prælio cum Philiſtæis c. 11.

## II. MONARCHIA DAVIDIS. qui regnum

*Occupat* ope ſelectorum
  Ducum c. 12.
  Militum. c. 13.
*Adminiſtrat*, temporibus
  *BELLI*, ubi ejus acta
    *Eccleſiaſtica*
      Arcam in Domum Obededom deducit c. 14.
      *conſequ.* Amicitia *Hirami*, auctio

familiæ, & victoria de Philiſtæis, c. 15.
Eandem in tabernaculum deportat c. 16.
*Conſequens:*
populi benedicti dimiſſio c. 17.
muſica domini celebratio. ibid.
Exſtructionem templi molitur c. 18. conf. 2. Sam. 7.
*Polemica*, ubi ſubigit
Vicinas undique gentes c. 19.
Ammonitas, cum Syris, ob viol. legatos c. 20.
*Conſequ.* expugnatio Rabbæ c. 21. v. 1-3.
Philiſtæos cum tribus gigantibus v. 4-fin.
*Conſequ.* punita populi recenſio c. 22. conf. 2. Sam. 24.
PACIS, ubi acta
*Eccleſiaſtica:* proſpicit de extruendi templi
Materia & Auctore, *Salomone* c. 23.
Miniſtris, ſcilicet
Levitis. c. 24.
Sacerdotibus ſ. Muſicis c. 26.
Janitorib9 c. 27. Theſaurariis v. 20-28.
Præfectis ac Judicibus v. 29-fin.
*Politica*, ubi
conſtituit miniſtros ac principes c. 28.
militares v. 1-15.
tribuarios v. 16-24.
aulicos & œconomicos v. 25-fin.
in-

inſtituit comitia: quibus
habet orationem ad proceres & Sal.
didaſcalico-pædeuticam de exſtr.
Templo c. 29. v. 1-10, 20. 21.
tradit ſtructuræ typum & materiam, v. 11-19. quam
& proceres conferunt. c. 30. v. 1-9.
Dominum celebrat cum populi precatione euchariſtica v. 10-22.
*Conſequ.* Salomonis inauguratio v. 23-25.
Rerum Davidis σύνοψις. v. 26-fin.

# L. II. PARALIPOM.

HIc liber continet, ſupplementi loco, hiſtoriam Regni, primum florentis ſub *Salomone*, deinde ſtantis ſub 12. Regibus Judææ; denique cadentis ſub ſeptem ultimis Regibus.

## I. HISTORIA REGNI FLORENTIS SUB SALOMONE, ubi regni

*Stabilimenta* in Sapientia ac opibus c. 1.
*Ornamenta* in ſtructura templi, cujus
operarii & materia ab Hiramo
petita c. 2. v. 1-10.
impetrata. v. 11-fin.
exſtructio c. 3. ſecundum
fundamentum v. 1-3.

partes v. 4-9.
ornamentum v. 10-fin.
inſtrumenta c. 4.
inauguratio per
illationem arcæ c. 5.
preces, quæ ſolenni feſto
fuſæ c. 6.
approbatæ c. 7.
*Felicitas*, quæ
Politica c. 8. v. 1-10.
Oeconomica v. 11-18.
Eccleſiaſtica v. 19-fin.
*Gloria* ac magnificentia, longe lateque
celebrata c. 9.

II. HISTORIA REGNI, inprimis JUDAICI, STANTIS, SUB REGIBUS JUDÆ.

I. REHABEAM impius, ejus
*Initia* dura, ob durum reſponſum c. 10.
*Progreſſus* tolerabilis in
*Politicis*; belli intermisſio, urb. exſtr. c. 11. v. 1-12.
*Eccleſiaſticis*; Sacerdotum receptio v. 13-17.
*Oeconomicis*: Polygamia, ſucceſſor v. 18-fin.
*Exitus* durus, ſed mitigatus, irrumpente Siſaco, ,Rege Æg. c. 12.

II. ABIA, qui
*prælium* cum *Jerob.* detrectat c. 13. v. 1-12.
*victoriam* impetrat, cæſis 500000. *Iſraël.* v. 13-20.

*Con-*

*Conſequ.* Polygamia & mors.

III. ASSA pius, cujus pietas

*Probatur*, reformatione cultus c.14. v. 1-5.

*Conſequ.* pax, incrementum, victoria, cæſis 1000000. *Æthiop.* v. 6 fin.

*Continuatur*, prævia concione prophetica *Aſariæ* c. 15.

*Violatur*, c. 16. & quidem

Syrorum imploratione v. 1-6.

Corripientis proph. Chanani cæſione v. 7-11.

DEI deſertione, ſpeciatim in morbo v. 12-fin.

IV. JOSAPHAT, ejus

*Pietas* in reformatione ac propagatione veri cultus. c. 17. v. 1-9.

*Conſequ.* pax, gloria, opes, potentia maxima v. 10-fin.

*Lapſus* in affinitate & belli ſocietate cum Achabo c. 18. (conf. 1. Reg. 22.)

*Emendatio* c. 19. poſt correptionem v. 1-3. teſtata

populi ad Deum reductione v. 4.

emendata judiciorum conſtitutione v. 5-fin.

*Victoria* adverſus Moabitas & Ammonitas c. 20.

*Efflagitatio* v. 1-13.

*Promiſſio.* v. 14-19.

*Impetratio* v. 20-24.

*Conſequens*

præda & euchariſtia v. 25-28.
admiratio & pax. v. 29. 30.
Synopſis rerum Joſaphati v. 31-fin.

V. JORAM impius: c. 21. ubi impietatis
*Culpa* in fratricidio & idol. v. 1-6, 11.
*Pœna*, quæ
*denunciatur* per *Eliam* v. 12-15.
*infligitur* per
Edomitarum defectionem v. 8-10.
Phil.& Arab. invaſionem v. 16.17.
Inſanabilis morbi immiſſionem v. 18-fin.

VI. ACHASIA ejus
*impietas*, hæreditaria a Matre Athalia c. 22. v. 1-5.
*cruenta mors*, illata a Jehu v. 6-9.
*conſequ.* occultatio *Joaſi* a ſanguinaria Athalia v. 10-fin.

VII. JOAS, ejus
*ingreſſus* ſ. inauguratio, opera ſacerd. *Jojadæ* reformatoris c. 23.
*progreſſus* in
regimine laudabili c. 24. v. 1-3.
inſtauratione templi v. 4-14.
*exitus cruentus*, ubi
*tempus*, mortuo Jojada v. 15. 16.
*culpa*, idol. & lapidatio proph. v. 17-22.
*pœna*, Syrorum invaſio & mors cruenta (v. 23-fin.

VIII. AMAZIA, qui
primum pius & felix in bello adverſus Edomitas c. 25, v. 1-13.

de-

deinde impius & infelix in bello adverſus
Iſraëlitas v. 14-fin.
IX. USIA, qui itidem
primum pius & formidabilis vivente ſac.
Zacharia c. 26. v. 1-15.
deinde impius & ob ſacrilegium lepra in-
fectus v. 16-fin.
X. JOTAM pius & felix Ammonitarum do-
mitor c. 27.
XI. ACHAS impius: ubi
culpa idolomaniæ c. 28. v. 1-4.
pœna inflicta per
Syros v. 5.
Iſraëlitas, qui Judæos
partim cædunt v. 6. 7.
partim captivos deduc. & reducunt,
v. 8-15.
Edomitas, Philiſtæos, Aſſyrios v. 16-fin.
XII. CHISKIJAH optimus, cultum reformat
Templi purgatione c. 29. v. 1-19.
Sacrificiorum oblatione v. 20-fin.
Paſchatis celebratione c. 30. v. 1. qua invi-
tantur & Iſraëlitæ, partim illuſo-
res, partim morigeri.
Miniſterii levitici inſtauratione, facta per
demandata officia c. 31. v. 2.
procurata alimenta v. 3-fin.
Conſequens:
liberatio ab
hoſte Sancherib, R. A. c. 32. v. 1-23.
morbo v. 24-26.

oſtentatio opum v. 27-31.
Clauſula v. 32. 33.

## II. HISTORIA REGNI CADENTIS.

ubi *Excidium.*

*Promeritum* ſub Rege
MANASSE c. 33. qui eſt propter
*impietatem* abductus in Babyloniam, v. 1-11.
*pœnitentiam* reductus in Judæam v. 12-20.
AMON, cujus impietas
*perpetrata* v. 21-23.
*vindicata* cæde. v. 24-fin.
*Retardatum* ſub optimo JOSIA, qui *cultum reformat*
idololatriæ exſtirpatione c. 34. v. 1-7.
templi inſtauratione v. 8-13.
inventæ legis prælectione v. 14-30.
fœderis renovatione v. 31-33.
paſchatis celebratione c. 35. ejus
apparatus v. 1-10.
modus v. 11-17.
præſtantia v. 18.
*Conſequ.* interitus in bello cum *Necho* R. Æ. v. 19-fin.
*Conſummatum* ſub Rege
JOACHAS trimeſtri, cui de throno dejecto a Rege Ægypti ſubſtituitur
JOJAKIM c. 36. v. 1-5. cui in Babyloniam abducto ſuccedit

JOJACHIN trimeſtris, cui itidem abducto
ſurrogatur frater
ZEDEKIA (v. 6-10.) perjurus ab everſa urbe cum ſuis ob impietatem in Babyloniam abductus. v. 11-21.
*Conſequ.* templi ac Regni *inſtauratio* per *Cyrum* v. 22. 23.

# LIB. ESRÆ.

HIc liber continet Gentis ac Eccleſiæ Judaicæ reſtitutionem ſub hiſtoria annorum circiter 146. Partes habet duas, *geminum*, ſed tempore diverſum, populi e captivitate Babylonica *in Judæam reditum.*

I. REDITUS, ZEROBABELE & JOSUA
ducibus ad *inſtaurandum templum:*
ubi inſtauratio,
*Præcepta* a CYRO, cum reſtitutione vaſorum
*Suſcepta* (c. 1.
*a quibus?* reverentibus; eorum catalog⁹ c. 2.
*quibus initiis?*
Conſtructo altari, actisque feſtis c. 3. v. 1-6.
Poſito fundamento cum affectu diſpari. v. 7-fin.
*Impedita* a Samaritanis c. 4.
*Continuata* DEI nutu, per *Hag.* & *Zach. Proph.* indicato c. 5. v. 1-5.

*Promota* & *abſoluta* per edictum CYRI a DARIO renovatum: ejus

*Antecedens*, relatio præfecti regii v. 6-fin.
inveſtigatio edicti Cyri c. 6. v. 1-5.

*Ratio* v. 6-12.

*Conſequens*, templi
*conſummatio* v. 13-15.
*conſecratio*, facta ſacrificando & paſcha celebrando v. 16-fin.

II. REDITUS ad *reformandam Eccleſ.* duce ESRA: ejus

*Dimiſſio* cum regio diplomate c. 7.

*Comitatus* & *adventus*, poſt circumſpectum iter. c. 8.

*Reformatio*, quæ facta per criminis
Delationem c. 9. v. 1. 2.
Deteſtationem v. 3. 4.
Deprecationem, quæ
particularis, Eſræ v. 5-fin.
univerſalis, populi c. 10. v. 1.
Emendationem atque extranearum mulierum dimiſſionem v. 2-fin.

# LIB. NEHEMIÆ.

HIc liber continet 55. circiter annorum hiſtoriam, quæ in tempora Eſræ incidit, & docet, quomodo ſub Nehemia, pincerna, poſt præfecto Regio, facta ſit 1. *urbis inſtauratio* 2. *Eccleſiæ ac Politiæ Conſtitutio*.

I. UR-

## I. URBIS INSTAURATIO

*Promota* per Nehemiæ
Interceſſionem coram DEO c. 1.
Dimiſſionem e Chaldæa c. 2. v. 1-10.
Luſtrationem in urbe, illudente *Sannebal-lat* v. 11-fin.
*Deſcripta* reſpectu murorum ac portarum c. 3.
*Continuata*
armata manu, adverſus hoſtium inſidias c. 4.
æquitate Nehemiæ, qui tempore famis
lucrum civibus interdicit c. 5. v. 1-13.
ſalarium ſuum remittit v. 14-fin.
*Conſummatum* inter hoſtium ac falſorum fratrum inſidias c. 6.
*Conſequens:*
Cuſtodiarum ordinatio. c. 7. v. 1-4.
Reverſorum Recenſio. v. 5-69. conf. Eſr. c. 2.

## II. ECCLESIÆ & POLITIÆ CONSTITUTIO, facta per

*Legis prælectionem*, ſedato populi luctu c. 8. v. 1-12.
*Feſti* tabernaculorum *celebrationem* v. 13-fin.
*pœnitentiam publicam*, teſtatam
geſtibus, opere, ore ſeu precibus. c. 9.
*Fœderis Renovationem*. c. 10. ejus
*auctores*. v. 1-28. forma v. 29.
*objectum* generale v. 29. & ſpeciale circa Matrimonia v. 30. ac Sabbatha v. 31.

Cul-

Cultus levitici ſubſidia v. 32-fin.
*Partitionem Judææ* inter colonos c. 11. v. 1-26.
*Recenſionem* capitum trib⁹ Levi c.12. ſubjuncta
murorum inauguratione v. 27-43.
præfectorum ærarii ſacri electione v.
44-fin.
*Renovatam conſtitutionem* c. 13. de
ſeparandis gentilibus v. 1-9.
Levitarum ſubſidiis v. 10-14.
Sanctificando Sabbatho v. 15-22.
Fugiendo conjugio cum extraneis v.
23-29.
Ordinatis Levitarum officiis v. 30. 31.

# LIB. ESTHERÆ.

HIc liber ſub hiſtoria viginti circiter annorum exhibet illuſtre providentiæ & liberationis divinæ exemplum in gente Ebræa: ubi not.

INSTRUMENTUM, evectio Eſtheræ; ejus
*occaſio*, Regis convivium. c. 1. v. 1-8.
Reginæ faſtus & repudium cum lit.
provinc. v. 9-fin.
*Antecedens*, virginum ſelectio c. 2. v. 1-14.
*Modus*, per introductionem & coronat. v.
15-18.
*Adjunctum*, occultatio generis v. 19. 20.
*Conſequens*, detectio inſidiarum v. 21-23.
PERICULUM a ſanguinario *Haman*, quod

*Paratum* ob negatam adorationem c. 3.
*Exceptum* luctu c. 4. v. 14. & interceſſionis conſilio,
a Mardochai dato v. 5-14.
ab Eſther acceptato v. 15-fin. & effecto c. 5. ubi regem
gratioſe adit v. 1-3.
cum Haman convivio excipit v. 4-6.
cum ipſo in craſtinum rurſus invitat v. 7. 8.
*Conſequ.* Haman exultat, exitii ſui faber v. 9-fin.
*Verſum in*
*glorioſam Mardochai ſalutem* c. 6. (conf. c. 8. v. 1. 2.) quæ
promota, occaſione præſtitæ olim fidei v. 1-5.
præſcripta & exhibita ab Haman v. 6-12.
ſed cum luctu ac omine expoſita v. 13-fin.
*ignominioſam Hamani perniciem* c. 7. Regina Regem convivio excipiente & Hamannum accuſante.
AUXILIUM univerſæ Ebrææ gentis
*latum* per edictum contrarium. c. 8.
*acceptum* cum Jubilo ac vindiciis in hoſtes c. 9. v. 1-19.
*conſecratum* per feſtum *Purim* mnemonicum v. 20-fin.
*Concluſio:* Gloria Mardochai c. 10.

MAT-

# MATTHÆUS.

HIc Chriſti deſcribit vitam eamque ſiſtit 1) in *Ingreſſu* C. I-IV. 2) in *Progreſſu* C. V-XV. 3) in *Egreſſu* C. XVI-fin.

## I. INGRESSUS.

GENEALOGIA c. 1.
 ab Abrah. ad David. v. 1-6.
 a Dav. ad Jechoniam v. 7-11.
 a Jech. ad Chriſtum v. 12-17.
NATIVITAS
 Mariæ conceptio v. 18.
 Joſephi ſuſpicio
  ſuſcepta v. 19.
  dimiſſa v. 20-24.
 Naſcendi ratio. v. 25.
CULTUS exhibitus a Magis: ejus
 *Antecedens* iter ex oriente c. 2. v. 1-10.
 *Modus* v. 11.
 *Conſequens* ex parte
  Magorum, reditus in orientem v. 12.
  Chriſti cum Joſ. & Mar.
   fuga in Ægyptum v. 13-18.
   reditus in Judæam, ſpec. Galilæam v. 19-fin.
INAUGURATIO: c. 3. ejus
 *Miniſter*, Johannes, pœnitentiæ præco v. (1-12.
 *Modus* per
  Baptiſmum publicum v. 13-15.
  Apparitionem Spiritus v. 16.
  Proclamationem Patris v. 17.

Huc

Huc ref. *Johannis ultima*, c. 14. v. 1-12.
TENTATIO c. 4. ejus
*occaſio* v. 1. 2.
*Modus* ad
Diffidentiam v. 3. 4.
Temeritatem v. 5-7.
Ambitionem & avaritiam v. 5-10.
*Exitus* victrix v. 11.
MINISTERII INCHOATIO, per
pœnitentiæ concionem v. 12-17.
Apoſtolorum vocationem v. 18-22.
morborum ſanationem v. 23-fin.

II. PROGRESSUS
in Miniſterio, ubi

I. CONCIO MONTANA c. 5. 6. 7. ejus
EXORDIUM, de piorum beatitate c. 5. v.
1-12. & ejus doctoribus v. 13-16.
in quo latet *Propoſitio* de vera *ſanctimonia*.
TRACTATIO, agens de pietatis
*Norma*, ſeu lege ejusque
*inſolubilitate* v. 17-19.
*genuino ſenſu*, & quidem
generatim v. 20. it. 43-fin.
ſpeciatim, reſpectu præcepti
quinti v. 21-26. it. 38-42.
ſexti v. 27-32.
ſecundi v. 33-37.
*Regulis*, circa
eleemoſynas c. 6. v. 1-4.
preces ratione loci ac formæ v. 5-15.
huc ref. c. 7. v. 7-11.

je-

jejunia v. 16-18.
curam ſummi boni ſ. theſaurorum, vanæ ſolicitudini oppoſitam v. 19-fin.
Judicia de proximo c. 7. v. 1-5.
Adminiſtrationem ſacrorum v. 6.
Officia caritatis in genere v. 12.
Viam ſalutis arctam v. 13. 14.
Pſeudoprophetarum fugam v. 15-23.
CONCLUSIO pædeutica de
obſequentium commodo v. 24. 25.
inobſequentium damno v. 26. 27.
accedit Evangeliſtæ *clauſula* de concionis effectu v. 28. 29.
II. CUMULUS MIRACULORUM circa, ſeu cis & trans Mare Tyberiadis c. 8. & 9.
*Cis:* curatur
Leproſus c. 8. v. 1-4.
Paralyticus, Centurionis ſervus v. 5-13.
Socrus Petri a febri v. 14. 15.
*Conſequ.* expulſio dæmonum v. 16. 17.
*Trans:* ubi
*ipſa trajectio*
decreta v. 18.
retardata colloquio cum duobus tergiverſantibus v. 19-22.
effecta cum periculo ſuborto & ſublato v. 23-27.
*Dæmonum ejectio* & immiſſio v. 28-32.
*Conſequ.* honeſta Chriſti relegatio v. (33. 34.
*Cis,* ubi
paralyticum curat c. 9. v. 1-8.

Mat-

Matthæum vocat, ac Phariſæos reprimit v. 9-13.

Johannis diſcipulos de jejunio informat, v. 14-17.

Sanata hæmorrhouſa, Jairi filiam reſuſcitat v. 18-26.

cœcos reſtituit v. 27-31.

obſeſſum liberat v. 32-34.

varios ſanat v. 35. cum affectu miſericordiæ v. 36-38.

III. INSTRUCTIO ac DEFENSIO DISCIPULORUM.

INSTRUCTIO

*ablegandorum* a Chriſto, facta informatione & præmunitione c. 10.

*ablegatorum* a Johanne c. 11. v. 1-6.

*Conſequens:*

Johannis elogium v. 7-15.

vehemens objurgatio

gentis Jud. per ſimile v. 16-19.

trium urbium Chor. Bethſ. Cap. v. 20-24.

Euchariſtia cum ſuavi invitatione v. 25-fin.

DEFENSIO (a crimine violati Sabbathi)

*Diſcipulorum*, avellentium ſpicas c. 12. v. 1-8.

*Miraculi*, in ſanata manu arida v. 9-13.

*Conſequens:*

Hoſtium inſidiæ ac Chriſti diſceſſus occultus v. 14-21.

Chriſti apologia, pro liberatione obſeſſi

adverſus
calumniatores miraculi v. 22-37.
tentatores ſigni v. 38-45.
intempeſtiva cognatorum ſolicitudo
v. 46-fin.
IV. CONCIO PARABOLICA c. 13. quæ
*Publice enarrata* de
*Diverſo verbi effectu*: ubi ſimilitudinis de
propoſitio v. 1-9. (*Semine*
vindicatio. v. 10-17.
explicatio. v. 18-23.
*Externo Eccleſiæ ſtatu*, ubi utriusque *Semi-*
ortus v. 24-26. (*nis*
duratio. v. 27-29.
finis v. 30.
*Virtute verbi ac fidei*, *ſub imagine*
grani ſin. v. 31. 32.
fermenti v. 33-35.
*Privatim Diſcipulis* partim
explicata, de Zizaniis v. 36-43.
continuata de regni divini
præſtantia, ſub imagine
*theſauri* v. 44.
*margaritæ* v. 45. 46.
externa ſorte, ſub imagine ſagenæ
v. 47-50.
*Conſequens*: diſcipulorum *profectus* v. 51. 52.
*diſceſſus* in patriam, ipſo offenſam v. 53-fin.
V. SENARIUS MIRACULORUM c. 14, & 15.
1. *Cibatio* in deſerto c. 14. v. 14-21.
2. *Ambulatio* per undas, æmulante *Petro* v.
22-31. 3. *Cu-*

3. *Curatio* per fimbriam, v.32-fin.
(inſeritur πατροπαραδότων Phar. reprehenſio, data c. 15. v. 1-9. explicata v. 10-20.)
4. *Liberatio* obſeſſæ, quæſita, negata, conceſ-
5. *Sanatio* variorum v. 29-31. (ſa v. 21-28.
6. *Cibatio* auditorum iterata v. 32-fin.
*Conſequens*: Diſcipulorum informatio de Phariſ. ac Sadd. corruptelis c. 16. ubi
occaſio, ipſorum tentatio v. 1-4.
ipſa informatio v. 5-12.
Sua Perſona & Paſſione
Sui imitatione v. 24-fin.

III. EGRESSUS.

ANTECEDENTIA

*Transformatio* c. 17. ejus
*Modus* v. 1-9.
*Conſequens*:
informatio de Elia v. 10-13.
reſtitutio lunatici v. 14-21.
iterata paſſionis prædictio v. 22. 23.
didrachmatis ſolutio v. 24-27.
*Aretologia* c. 18. 19. & 20. agens de
humilitate ac fuga ſcandali c. 18. v. 1-14.
correptione fraterna ſub promiſſione v. 15-20.
condonatione offenſarum, parabola illuſtrata v. 21-fin.
vinculo conjugali c. 19. v. 1-12.
officio parentum erga liberos v. 13-15.
fuga faſtus ac meriti hypocritici, quod

Diviti applicat v.16-22.
Diſcipulis explicat v. 23-fin.
Parabola de *vinea* illuſtrat c.20. v.1-16.
*Conſequens*:
tertia paſſionis prædictio, v. 17-19.
humilitatis commendatio, occaſ. *Fil. Zeb.* v. 20-28.
cœcorum reſtitutio v. 29-fin.

1. *Ingreſſus in Urbem ſolennis*: ejus *circumſtantiæ* c. 21. v. 1-11.
*Conſequens*:
Templi repurgatio v. 12. 13.
Celebrata cœcorum ac claudorum ſanatio v. 14-16.
Ficus in via imprecatio v. 17-22.
Ingratitudinis in Templo exprobratio, ejus occaſio v. 23-27.
modus per geminam parabolam v. 28-fin.

2. *Commoratio in urbe*: ubi
a) *adverſarios redarguit in*
parabola de nuptiis regiis, c.22. v. 1-14.
reſponſione de
Cenſu v. 15-22.
Reſurrectione mortuorum v. 23-33.
Præcepto præcipuo v. 34-40.
quæſtione de ſua Perſona v. 41-fin.
graviſſima invectiva c. 23. quæ
dehortatoria v. 1-12.
comminatoria v. 13-fin.
b) *diſcipulos de noviſſimis inſtruit*: c. 24. & 25 ubi

No-

Notat rationem & ſigna
Conſummationis ſeculi. c. 24. v. 4-14.
Excidii Hieroſolymitani v. 15-20.
quod illius typum gerit v. 21, 22.
Chriſti venturi v. 23-41.
Commendat fidelitatem &
vigilantiam, parabola de
fideli & prudenti œconomo. v. 42-fin.
decem virginibus c. 25. v. 1-13.
tribus ſervis. v. 14-30.
deſcribit judicium. v. 31-fin.
MODUS per paſſionem deſcriptam c. 26. & 27. ubi partitio erui poteſt.
CONSEQUENS, *Reſurrectio*, manifeſtata per Angelum, Chriſtum ipſum, ac cuſtodes c. 28.

# JOHANNES.

HIc vitam Chriſti deſcribit ſecundum ortum, curſum, & terminum.

## I. ORTUS.

DIVINUS, manifeſtatus a Johanne
*Evangeliſta* c. 1. v. 1-5.
*Baptiſta* cum eventu diſpari v. 6-13.
HUMANUS ac Mediatorius v. 14. declaratus per
*Baptiſtam*
generatim erga omnes v. 15-18.
ſpeciatim erga

Sacerdotes & Levitas v. 19-28.
populum circa Jordanem v. 29-34.
diſcipulos v. 35-42.
*Chriſtum ipſum*, vocatione Philippi cum Nathan. v. 43-fin.
*Conſequens*: miraculum in nuptiis c. 2. v. 1-11.

II. CURSUS in MINISTERIO ſecundum IV. Paſchata.

PRIMA PERIODUS a Paſchate I. ad II. c. 2. (3. 4.
*Repurgatio templi* c. 2.
ſuſcepta v. 12-17.
defenſa v. 18-22.
*Conſequ.* fides in καρδιογνώστην v. 23-25.
*Privata & publica informatio*:
Privata Chriſti, reſpectu Nicodemi c. 3. v. 1-21.
Publica Johannis, reſpectu diſcipul. & Judæorum de bapt. v. 22-fin.
*Colloquium cum Samaritana* c. 4. ejus
occaſio, iter per Sam. & mulieris occurſ. (v. 1-7.
initium, petitio potus v. 8. 9.
progreſſus de
aqua myſtica v. 10-15.
mulieris vita v. 16-19.
cultu DEI & Meſſia v. 20-27.
Effectus in muliere & civibus v. 28-30. 39-42.
*ncidens*: Colloquium cum diſcipulis de cibo ac meſſe v. 31-38.
*Conſequens*:
Diſceſſus in Galilæam v. 43-46.

Cu-

Curatio filiiRegii in Capern. v. 47-fin.
SECUNDA PERIODUS a Paſch. II. ad III.
c. 5. ubi,
*Curatio morbi chronici* 38. ann. ejus
Tempus, Paſch. & locus, piſcina v. 1-4.
Subjectum v. 5. & Modus cum effectu v.
Conſequens: Judæorum (6-9.
Expoſtulatio cum ſanato, per Chriſtum admonito v. 10-15.
Perſecutio adverſus Chriſtum,
prodita ab hoſtibus v. 16-18.
excepta a Chriſto cum apologia,
*Elenchtica*, pro Deitate ſua, probata
ab operibus reſuſcit. & judicii v.
a teſtimonio (19-29.
Patris ſui v. 30-32. 37. 38.
Baptiſtæ v. 33-35.
Scripturæ ſ. v. 39.
*Epanorthotica* ſub reprehenſione & comminatione v. 40-fin.
TERTIA PERIODUS a Paſchate III. (c. 6. v. 4.) ad IV. c. 6-12. ubi
CIBUS CORPORIS & ANIMÆ c. 6.
*Corporis*, per miraculum: ejus
Occaſio v. 1-4.
Modus v. 5-13.
Conſequens:
fuga honoris v. 14-15.
ambulatio ſuper undis v. 16-21.
*Animæ*, per fidem: ubi doctrinæ
occaſio, inquiſitio populi v. 22-25.

tractatio pædeutico-elenchtica v.26-28.
effectus diverſus in auditoribus v. 59-fin.

VISITATIO FESTI TABERNACULORUM c. 7.

*ſuſcepta* & diverſe excepta. v. 1-13.
*Illuſtrata* concionibus, circa feſti
medium v. 14-36.
finem v. 37-fin.

DISCEPTATIO CUM JUDÆIS. c. 8. ejus
*Initium inſidioſum* per adulteram v. 1-11.
*Progreſſus elenchticus* per Judæorum objectiones:
prima de teſtimonio Chr. v. 12-18.
ſecunda de Patre Chr. v. 19-21.
tertia cum perverſione verborum Chr. v. 22-24.
quarta de perſona Chriſti v. 25-32.
quinta de vera libertate v. 33-38.
ſexta de υἱοθεσία Abr. v. 39. 40.
ſeptima de υἱοθεσία DEI v. 41-47.
octava & nona cum blaſphemiis. v. (48-56.
decima cum illuſione v. 57. 58.
*Egreſſus hoſtilis* v. 59.

CURATIO COECI c. 9. ejus
*Antecedens:* Diſcip. quæſtio Chr. reſponſio v. 1-5.
*Modus*, per ſputum & lutum v. 6. 7.
*Conſequens:*
*Phariſæorum inquiſitio*
*delata* a vicinis v. 8--14.

*ſuſce-*

*ſuſcepta* a Phariſæis per
ipſum ſanatum v. 15-17.
ejus parentes v. 18-23.
iterum per ſanatum v. 24-34.
*Chriſti informatio*
*didaſcalica* ad cœcum v. 35-38.
*epanorthotica* ad Phariſæos: ejus
initium de hoſtium cœcitate v. 39-fin.
progreſſus de vero ac falſis paſtoribus
tecte c. 10. v. 1-6.
aperte v. 7-18.
eventus diſſidium Judæorum v. 19-21.
*iterata Chriſti informatio*:
*Tempus*, in Encæniis. v. 22. 23.
*Occaſio*, Judæorum quæſtio de ipſius Perſona v. 24.
*Modus*, per diſceptationem, interruptam hoſtium injuriis v. 25-39.
*Eventus*, Chriſti abitus ad Jordanem v. 40-42.
RESUSCITATIO LAZARI c. 11.
*Antecedens*:
*morbus* ac mors cum reditu in Judæam v. 1-9.
*exceptio* in Bethania a
*Martha* v. 20-27.
*Maria*, cum affectu Chriſti v. 28-38.
*Modus* v. 39-44.
*Conſequens*:
*fides* multorum v. 45.
*proditio* nonnullorum; & hinc odium ſanguinarium, ſuaſore Caipha v. 46-fin.
*gratitudo* Bethanienſium c. 12. teſtata

*convivio* v. 1. 2.
*unctione* Mariæ. v. 3-8.
*inſidiæ hoſtium* v. 9 - 11.
ULTIMUS CHRISTI ADVENTUS cum comitatu Bethan. v. 12-19.
*Conſequens*: Chriſti *concio* de ſua morte: ejus
*occaſio*: deſiderium videndi Chr. in Græcis v. 20-22.
*propoſitio* v. 23.
*expoſitio*, cum applicat. ad abnegat. v. 24-27. interrupta
voce de cœlo v. 28-33.
populi objectione v. 34-36.
*eventus* ἀπιστία v. 37-41. fides trepida v. 42. 43.
*declaratio* de
fidei præſtantia v. 44-46.
ἀπιστίας damno & gravitate v. 47- fin.
SERMO VALEDICTORIUS c. 13. 14. 15. 16. 17. ejus
*Antecedens*:
*lotio pedum*, facta c. 13. v. 1-11.
applicata v. 12-20.
*manifeſtatio proditoris* v. 21-30.
*Sermonis partes*, de
*Sua glorificatione* & amore mutuo v. 31 - 35.
*incidens*: correptio Petri v. 36-fin.
*Diſcipulorum conſolatione* c. 14. v. 1-4. interrupta interpellatione
*Thomæ* de via Chriſti v. 5-7.
*Philippi* de Patre Chriſti v. 8-21.
*Judæ* de revelatione Chriſti v. 22-fin.
*Unione myſtica* c. 15. ejus

indo-

indoles ac fructus v.1-8.
conſervatio in amore v. 9-17.
*Patientia* ſub inſtanti cruce v. 18-fin. c. 16. v. 1-4.
*Paſſionis fructu* & officio Spiritus S. inprimis in conſolatione triſtium v. 5-22.
Indole & fructu precum. v. 23-fin.
*Conſequens*: Preces Chriſti ſacerdotales c. 17. pro
ſeipſo, ſua glorificatione v. 1-5.
ſuis diſcipulis v. 6-19.
tota Eccleſia, ipſiusque
*unione* v. 20-23.
*beatitate* v. 24-fin.

III. TERMINUS in PASSIONE

*Inchoata* c. 18. in
*Horto* per proditionem & captivationem v. 1-12.
*Iudicio eccleſiaſtico*, vbi examinatus & verberatus abnegatur v. 13-27.
*Iudicio politico*, vbi iniuſte accuſatur v. 28-fin.
*Continuata*, ibidem per *flagellationem*. ejus
*actus* v. 1.
*adiuncta*: coronatio, illuſio v. 2. 3.
*ſcopus*, Chriſti liberatio
quæſita ipſius productione v. 4. 5.
negata per
crucifixionis poſtulationem v. 6-11.
odii Cæſaris comminationem v. 12.

Con.

*Conſequ.* condemnatio v. 13-16.
*Conſummata* per *Crucifixionem* : ubi
*Antecedens:* eductio v. 16, 17.
*Actus* v. 18.
*Conſequens* :
*ante mortem*
crucis inſcriptio v. 19-22.
veſtium partitio, v. 23, 24.
Mariæ & Johannis commendatio v. 25-27.
Chriſti ſitis v. 28, 29.
*ipſa mors* v. 30.
*poſt mortem*
lateris apertio v. 31-37.
ſepultura v. 38-fin.

CONSEQVENS GENERALE, RESURRECTIO, *manifeſtata*

IN JUDÆA VERSANTIBUS
*Mariæ Magdalenæ*, & quidem
obſcure in comitatu *Petri* ac *Johannis* c. 20. v. 1-10.
clare in ſolitudine cum *Angelis* & *Jeſu* v. 11-18.
*Diſcipulis*, Thoma
abſente v. 19-23.
præſente v. 24-29.
accedit clauſula de libri ſcopo v. 30, 31.
IN GALILÆAM REVERSIS, per
*Miraculum*

ca-

capturæ piſcium c. 21. v. 1-8.
prandii v. 9--14.
*Colloquium* cum
Petro v. 15-19.
Johanne v. 20-23.
Concluſio de libri auctore & brevitate v. 24-25.

# ACTA APOSTOLORUM.

HIc liber continet eccleſiæ propagationem, factam per miniſterium Apoſtolorum in genere C. I-XII. in ſpecie Pauli c. XIII-fin.

## I. MINISTERIVM APOSTOLORUM IN GENERE.

### I. ANTE DISPERSIONEM c. I-VII.

1. CHRISTI ADSCENSIO c. 1. ejus
*Antecedens:* diſcipulorum inſtructio v. 1-8.
*Actus* & ἀγγελοφάνεια v. 9-11.
*Conſequens:*
reditus in urbem & preces v. 12-14.
electio Matthiæ, quæ
a Petro ſuaſa v. 15-22.
ab omnibus ſuſcepta v. 23-25.
a Deo facta v. 26.

2. SPIRITUS S. EFFUSIO c. 2. quæ

*facta,*

*facta*, ſecundum tempus & modum v. 1-3.
*confirmata*, miraculo linguarum v. 4-13.
*defenſa* oratione Petri apologetica: ejus
*tenor* de effuſione Spir. ſ. & Chriſto. v.
14-36.
*effectus* hom. 3000 converſio, ejus
Modus v. 37-41.
Fructus v. 42-fin.
3. CLAUDI SANATIO c. 3. quæ
*facta* cum effectu in ſanato & populo v. 1-11.
*illuſtrata* concione Petri de
miraculi cauſa v. 12-16.
vera pœnitentia v. 17-fin.
*defenſa* a Petro c. 4. vbi apologiæ
*antecedens:* captio & actio forenſis v. 1-7.
*forma* de ſalutis cauſa v. 8-12.
*effectus* in hoſtibus; admiratio & dimisſio
v. 13-22.
*Conſequens:* Eccleſiæ preces euchariſticæ; earum
*cauſa*: Apoſtolorum relatio v. 23.
*forma* v. 24-30.
*effectus:*
loci commotio v. 31.
Eccleſiæ vigor. v. 32-fin.
4. VARIA ECCLESIÆ FATA c. 5.
*triſtia* in ſacrilegio funeſto v. 1-11.
*proſpera* in miraculoſo incremento v. 12-16.
*adverſa* in Apoſtolorum perſecutione, facta
*conjectione in carcerem* v. 17. 18.
conſequ. liberatio, facta & divulgata
v. 19-25. *de-*

*deductione in judicium* v. 24 - 27. ubi
Pontificis objurgatio v. 28.
Petri defenſio v. 29-32.
Effectus:
conſilium occidendi conceptum v. 33. ſed
a Gamaliele impeditum v. 34-40.
Apoſtoli cæſi, ſed lætati v. 40-42.
5. COLLEGIUM VII. DIACONORUM c. (6. & 7.
*conſtitutum* c. 6. v. 1 - 7.
*nobilitatum* a Protomartyre *Stephano*, qui
virtutem ac Parrheſiam demonſtrat
*opere* ac ore v. 8-10, 15.
*oratione* apologetica, ejus
*occaſio*, falſa accuſatio v. 11-14.
*tractatio*: purgat ſe a blaſphemia contra legem & templum, ſuamq; declarat orthodoxiam
e conſenſu cum
*Abrahamo* c. 7. v. 1-7.
*Jacobo*, Iſaaco, Joſepho v. 8-16.
*Moſe* v. 17-44.
*Joſua*, Davide, Salomone v. 45-50.
*Concluſio* epanorthotica v. 51-53.
*morte* læta ac animoſa v. 54-fin.
*Conſequens*: fidelium diſperſio, furente
Saulo c. 8. v. 1-4.

## II. POST DISPERSIONEM.

1. ECCLESIA SAMARITANA

*plan-*

*plantata* miraculoſe a Philippo Diac. v. 5-8.
*connexum:* Converſio Simonis Magi v. 9-13.
*rigata* per Petrum & Johannem v. 14-17.
*connexum:* Simonis ſacrilega perverſio v. 18-25.
2. CONVERSIO TRINA
ÆTHIOPIS: ejus
*inſtrumentum,* Philippus obvius. v. 26-31.
*excitatio* per Evangelium v. 32. 35.
*confirmatioc* per baptiſmum v. 36-38.
*conſequens:* utriusque diſceſſus v. 39. 40.
PAULI c. 9. ubi
*antecedens:* furor adverſus fideles v. 1. 2.
*modus* per
lucem & vocem v. 3-9.
Ananiam v. 10-19.
*effectus:* Confesſio & perſecutio v. 20-25.
*conſequens:*
iter Hieroſolymitanum ad Apoſt. v. 26-30.
Eccleſiæ tranquillitas v. 31.
*incidens:* PETRUS
*Ænæam* paralyticum ſanat v. 32-35.
*Tabeam* in Joppe reſuſcitat v. 36-fin.
CORNELII: ubi converſionis
*Subjectum,* Cornelius c. 10. v. 1-8.
*Miniſter,* Petrus: qui
*inſtruitur* per ecſtaſin v. 9-16.
*arceſſitur* per legatos v. 17-22.
*proficiſcitur* & excipitur a Cornelio v. 23-33.
*Medium*

*ope-*

*operationis:* prædicatio verbi v.34-46.
*confirmationis:* collatio baptiſmi v. 47.48.
*Conſequens*: Petri apologia c. 11. v.1-18.

3. FATA ECCLESIÆ
*Proſpera* in
*propagatione* per diſperſos v. 19-21.
*confirmatione* per Barnabam & Paulum v. 22-26.
*Adverſa* in graviſſima
*fame* v. 27-fin.
*perſecutione* Herodiana c. 12. adverſus
*Chriſtianos* in genere v. 1.
*Jacobum*, qui necatur, in ſpecie v. 2. &
*Petrum*, qui
conjicitur in carcerem v. 3-6.
liberatur, quæ liberatio
*petita* ab Eccleſia v. 5.
*præſtita* per Angelum v. 6-10.
*agnita* & patefacta a Petro v. 11-17.
*vindicata* in cuſtodibus v. 18. 19.
*Conſequens*:
Vindicta in ſuperbum Herodem v. 10-23.
Incrementum Eccleſiæ v. 24.
Barnabæ & Sauli reditus ad Antioch. v. 25.

## II. MINISTERIUM PAULI IN SPECIE: ubi

## I. ITINERA PAULI.

I. AB ANTIOCHIA PER ASIAM MINOREM cum Barnaba c.13. & 14. quod

*Mandatum* c. 13. v. 1-3.

*Suſceptum* per Seleuciam in *Cyprum* v. 4. 5. ubi in

*Salamine* verbum prædicatur v. 5.

*Papho*

Magus, *Barjeſu* ſ. Elymas occœcatur v. 6-11.

Proconſul, *Sergius Paulus*, convertitur (v. 7. 12.

*Continuatum* verſus

*Pergam* Pamphiliæ, diſcedente Johanne v. 13.

*Antiochiam* Piſidiæ: ubi Paulus concionatur

*Judæis ſeorſum*: ubi

locus, tempus & occaſio v. 14. 15.

ipſa concio de Chriſto, David. ſemine v. 16-41.

effectus, Gentilium deſiderium, Judæorum converſio v. 42. 43.

*Judæis* & *Gentilibus* ſimul: ubi

tempus & auditorum frequentia, (v. 44.

effectus:

Judæorum contradictio improbata v. 45-47.

Gentilium converſio v. 48.

Verbi divulgatio v. 49.

Pauli ac Barnabæ ejectio v. 50. 51.

Diſcipulorum incrementum in ſpiritu v. 52.

*Iconium*: ubi Judæorum converſio ac turbæ c. 14.

*Ly-*

*Lyſtram* & *Derbam* Lycaoniæ: ubi v. 1-7.
*Lyſtræ* ſanato claudo v. 8-10. Paulus nimiam venerationem repudiat v. (11-18. lapidatus ejicitur v. 19. 20.
*Derbæ* verbum DEI prædicatur v. 21.
*Relectum* cum confirmatione Eccleſiarum per eadem loca ad *Antiochiam Syriæ* v. 21-26.
*Conſequens*: geſtorum enarratio, ac commoratio v. 27. 28.

II. AB ANTIOCHIA CUM BARNABA AD HIEROSOLYMAM c. 15. ejus
*occaſio* cum *ſcopo*: diſſenſiones in doctrina tollendæ. v. 1. 2.
*profectio* per Phœniciam & Samariam v. 3.
*exceptio* in Jeruſalem v. 4.
*contentio* nova, quæ cum Antiochena dirimitur in CONCILIO (v. 5. 6.) ubi
*dicuntur ſententiæ*
Petri v. 7-12.
Jacobi v. 13-21.
*transmittitur decretum* in comitatu Judæ & Silæ v. 22-29. ac redditur cum gaudio & confirmatione Eccleſiæ v. 30-35.

III. AB ANTIOCHIA *cum Sila* IN ASIAM ET GRÆCIAM c. 16. 17. 18.
quod iter *deliberatum* cum *Barnaba*, factaq; ſciſſione c. 15. v. 36-fin. *ſuſceptum*, verſus *Lyſtram* & loca alia; ubi

aſſumitur comes *Timotheus* c. 16. v. 1-3.
commendatur decretum Apoſtolicum v. 4. 5.
*Phrygiam* &c. ubi inhibetur prædicatio Evangelii v. 6. 7.
*Troada*: unde per viſionem vocatur in *Macedoniam* v. 8-10.
*Philippos* v. 11. 12. ubi
convertitur *Lydia* v. 13-15.
expellitur ſpiritus Pythonis v. 16-18.
conſequens: perſecutio *Pauli* & *Silæ*, qui accuſati cæſique in carcerem conjiciuntur v. 19-24.
inde liberantur
*miraculoſe* a *DEO*, per terræ motum v. 25. 26.
*conſequ.* δεσμοφύλακος converſio v. 27-34.
*officioſe a Magiſtratu.* v. 35-fin.
*Theſſalonicam*: ubi
prædicatur verbum cum fructu c. 17. v. 1-4.
excitatur, ſed mox ſedatur, ſeditio v. 5-9.
*Berrhoam*: ubi itidem
prædicatur verbum cum fructu v. 10-22.
excitatur, ſed mox ſedatur, ſeditio v. 13. 14.
*Athenas* v. 15. ubi Paulus concionatur in
*Synagoga* & foro v. 16-18.
*Areopago* de DEO ignoto v. 19-31.
*Effectus* diverſus; converſionis in *Dionyſio & Damari* v. 32-34.

Co-

*Corinthum* c. 18. ubi
*Hoſpitium* apud Aquilam & Priſcillam v.
*Negotium* prædicationis (1-3.
*ſuſceptum* cum fructu, inprimis in fam. Criſpi v. 4-8.
*continuatum* DEI hortatu, per annum & ſex menſes v. 9-11.
*interruptum* per ſeditionem, ſub *Gallione*, cæſo *Soſthene* v. 12-17.
*Epheſum* v. 18. unde raſo capite, inſtitutis Judæis, & promiſſo reditu, repetit *Antiochiam* v. 18 22.
IV. AB ANTIOCHIA HIEROSOLYMAM AD VINCULA; quod
*ſuſceptum* per
*Gallatiam* & *Phrygiam* v. 23.
*incidens:* hiſtoria *Apollinis* v. 24-fin.
*Epheſum* c. 19. ubi
collatio donorum Spir. S. per Verb. & Bapt. v. 1-7.
prædicatio Evangelii miraculis confirmata v. 8-12.
Exorciſtæ vindicati v. 13-16.
*Conſequ.* regni divini incrementum in timore & gloria Domini v. 17.
evangelizantium opere & relatione v. 18.
librorum magicorum combuſtione, (v. 19. 20.
*Incidens:*
conſilium itineris Hieroſolymitani
graviſſima ſeditio (v. 21. 22.
*excitata* a Demetrio & ὁμοτέχνοις. v. 23-28.

*continuata* per duas horas. v. 29-34.
*ſedata* a Præſide v. 35-40.
*Continuatum* per
*Macedoniam* bis, cum comitatu c.20.v. 1-5.
*Troada* v.6.ubi ſub concione miraculum in reſtituto *Eutycho* v.7-12.
*Aſſon Mytilenen* &c. v. 13-16.
*Miletum*, ubi habet *orationem valedictoriam*. ejus
*Auditores*: Seniores Epheſini v. 17.
*Contenta* de ſtatu & officio
*ſuo*, geſto fideliter & ſub cruce, quæ præterita & inſtans v. 18-27.
*ſeniorum*, gerendo vigilanter & fideliter v. 28-35.
*Conſequ.* preces, valedictio, dimiſſio v. 36-fin.
*Coum, Rhodum, Pataram*, c. 21. v. 1-3.
*Tyrum*, ubi iter diſſuaſum v. 4 - 6. *Ptole-*
*Cæſaream* ubi (*maida* v.7.
ad ædes Philippi Diac. divertitur 8. 9.
iter ex indicio *Agabi* fruſtra diſſuadetur v. 10 - 14.
*Abſolutum* Hieroſolymæ cum ſalutat. & relatione v. 15-19.

## II. VINCULA PAULI,
ſuſtenta

I. HIEROSOLYMÆ c.21.v.20-fin. 22.23.ubi
1. LIGATIO: ejus (Pauli
*antecedens*:

puri-

purificatio, ſuaſa & ſuſcepta v. 20-26.
& inde ortus
tumultus ingens intra & extra tem-
*Actus* v. 33. (plum v. 27-32.
*Conſequens*:
deducitur in caſtra v. 34-36.
interrogatur de perſona ſua v. 37-39.
permittitur apologia v. 40.

2. APOLOGIA ad
a) POPULUM c. 22. quæ
*inchoata* cum conciliatione attentionis v. 1. 2.
*continuata* per narrationem ſuæ
*converſionis*, in via Damaſcena v. 3-19.
*Ecſtaſeos*, in templo, cum viſione & mandato v. 17-21.
*interrupta* per tumultum, qui
*excitatur* clamore ac geſtu terribili v. 22. 23.
*ſedatur* per abductionem Pauli ad flagellationem & examen v. 24- fin.
b) SYNEDRIUM c. 23. ubi oratio
*inchoata*, de bona conſcientia v. 1.
*interrupta*, per injuriam Ananiæ v. 2-5.
*continuata*, accommodate ad diverſos auditores v. 6.
*abrupta* per ſciſſionem auditorum v. 7-9.
*Conſequens*:

abductio Pauli in caſtra v. 10.
corroboratio facta a Domino v. 11.
conjuratio quorundam in Pauli necem
facta v. 12-15.
detecta Paulo & tribuno, *Claudio Lyſiæ*, v. 16-22.
eluſa transmiſſione Pauli ad *Felicem*, verſus *Cæſaream* v. 22-35.

II. CÆSAREÆ: ubi actio, coram
1. FELICE Præſide, Pauli
*Publica*: ubi Pauli
*accuſatio*, de crimine ſeditionis, hæreſeos & profanationis templi, interprete *Tertullo* c. 24. v. 1-9.
*apologia* qua poſt exordium, v. 10. negat ſe eſſe
ſeditioſum v. 11-13.
hæreticum v. 14-16.
profanatorem templi v. 17-21.
*exitus*, rei dilatio & cuſtodiæ relaxatio v. 22. 23.
*Privata*, præſente Druſilla: ubi
Pauli parrheſia v. 24. 25.
Felicis impietas & injuſtitia v. 26.
*Conſequens*: Succeſſio *Portii Feſti* v. 27.
2. FESTO c. 25. ubi actio
a Judæis ſubdole expedita v. 1-3.
a Feſto negata Hieroſolymis v. 4. 5.
inſtituta Cæſareæ v. 6. ubi

Ju-

Judæorum accuſatio cum apologia Pauli v. 7. 8.
Feſti iniquitas v. 9.
Pauli provocatio ad Cæſarem v. 10-12.
3. AGRIPPA & Bernice, & Feſto ſimul: ubi
*Feſti* relatio v. 13-21.
*Agrippæ* deſiderium audiendi Paulum v. (22.
*Pauli*
productio cum compellatione Feſti ad Agrippam v. 23-fin.
apologia c. 26. qua poſt exordium v. 1-3. probat innocentiam ſuam
vitæ integritate v. 4. 5.
capite doctrinæ, reſurrectione v. 6-8.
miraculoſa vocatione v. 9-18.
muneris functione v. 19-23.
*effectus* in
*Feſto*, ironica admiratio, refutata v. 24-26.
*Agrippa*, amor chriſtianiſmi v. 27-29.
*omnibus*, convictio & teſtimonium de innocentia Paulina v. 30-fin.
III. IN ITINERE ROMANO c. 27. & 28. quod
*ſuſceptum*, Julio, centurione, comite, *navigatione*
*tolerabili* juxta *Sidon*, *Cyprum*, *Cretam* &c. c. 27. v. 1-8.
*periculoſa*: ubi
*prædictio Pauli*, ſed ſpreta v. 9-13.

*immiſſio periculi*
*magni*, cum fluctuatione incerta v. 14. 15.
*majoris*, cum mercium jactura v. 16-19.
*maximi*, cum deſperatione ſalutis v. 20.
quam
DEUS per Paulum promittit v. 21-26.
nautæ intempeſtiva fuga quærunt v. 27-32.
poſt ſumtum cibum, hortante Paulo, exſpectant v. 33-38.
in inſula Melite cum jactura navis obtinent v. 39-fin.
*conſequens*:
fatigatorum refectio v. 1. 2. 10.
*incidens*: innoxia viperæ invaſio v. 3-6.
ægrotorum ſanatio v. 7-9.
*Continuatum* & *abſolutum*
*mari* a Melite ad Syracuſam, Regium, Puteolos v. 1-13.
*terra* ab Appii foro & Tribus Tabernis ad ROMAM v. 14-16. ubi Pauli libera & laxa cuſtodia v. 16. conf. v. 30. 31.
collatio cum Judæis & prædicatio Evangelii v. 17-23. 30. 31.
effectus diverſus v. 24-29.

# Ob fugam vacui ſubjunguntur Anonymi verſus memoriales *in* MARCUM.

1.

ALma Trias fœdus baptiſmi firmat & ornat,
Dæmonas expellis Chriſte, lepraque levas.

2.

Bis duo contractum portant, ſequiturque telones,
Et levat infamem ſpica refulſa famem.

3.

Curataque manu, propellit pneumata, Scribæ
Sed dicunt factum principis eſſe Zebub.

4.

Donatum vobis regni myſteria noſſe,
Quorum qui foris eſt, nulla retecta videt.

5.

Effluxum ſiſtit contactu veſtis, & audit
Talitha cumi nata, Jaire, tua.

6.

Filius eſſe fabri fertur, Prodromusque necatur,
Hydrobatem Chriſtum phaſma putare ſui.

7.

Grandi proſternit decreta humana tonitru,
Dicit & Hippatach, quod reſerare ſonat.

8.

In quatuor ſeptem partitur millia panes,
Quem ſeſe eſſe putent diſcipulosq; rogat.

9. Ex-

9.

Exhibet hic Chriſtus vitæ ſimulacra beatæ;
Uti nocente vacent ambitione monet.

10.

Moſes connubium dirimit, divesque recedit,
Qui dextram cupiunt, pocula amara bibunt.

11.

Regiam ovans intrat Chriſtus ſervator in urbem,
Vim fidei ardentis comprobat atque precum.

12.

Vinitor hæredem perimit; vitamq; futuram,
Davidicus, regi danda, Deoque docet.

13.

Plures advenient noſtro ſub nomine quondam,
Ultima ſolius eſt tempora noſſe patris.

14.

Quæritur ad mortem Chriſtus, dat baſia Judas,
Atque movet Petrum ſerva negare Deum.

15.

Riſus, damnatus, conſciſſus penditur, Eli
Clamat, defunctum ſplendida ſaxa tenent.

16.

Sabbatha poſt Mariæ Chriſti inviſere ſepulchrum,
Signa docet fidei, ſidera adire parans.

# IN LUCAM.

1.

AUfers Zachariæque metum, Mariamque ſalutas,
Angele, magnificant carmina bina DEUM.

2.

Bajulat ad templum materque paterque puellum,
Gloria in excelſis turma ſuperna canit.

3.

Collibus æquatis, vaſtæ inclamatur eremo,
Viſit Johannis ſacra lavacra DEUS.

4.

Dæmone convicto, recitantem verba prophetæ,
Livida turba jacit per juga ſumma DEUM.

5.

Exi, Petrus ait, demittunt quatuor ægrum,
Infunditque novis vina novella cadis.

6.

Formam præſcribit, qua poſſis eſſe beatus,
Matthæus triplici continet hancce tomo.

7.

Greſſum quando Naim direxit, ſurgit Ephebus,
Peccatrix domini perluit inde pedes.

8.

In campum triplicem jactato ſemine, ventis
Imperat, exſurgit nata Jaire tua.

9.

Legat diſcipulos pera & baculo ſine; & addit,
Nidus habent volucres, ſunt ſua luſtra feris.

10.

Meſſis multa, ſciunt ſtulti myſteria, latro
Sauciat, & Mariæ tecta redemtor adit.

11.

De precibus Chriſtus ſtatuit, Cacodæmonas arcet,
Væ geminat Scribis, Zachariasque cadit.

12.

Occidunt corpus, condit granaria avarus,
Cingulum habet lumbos, atque lucerna faces.

13.

Poſt turre oppreſſos relevatur fœmina curva,
Et cadit in Solymis usque propheta ſacris.

14. Hy-

14.
Hydropem ſanat, monet & de duplice cœna,
Atque odiſſe animam, ac ædificare domum.

15.
Quærit paſtor ovem, datur & ſubſtantia nato,
Sed cibat hunc ſiliquis imperioſa fames.

16.
Prudens œconomus, cui mammona fecit amicos,
Pauperis & lambunt ulcera ſæva canes.

17.
Truditur in pelagus, fidei incrementa petuntur,
Uxor Loth periit, non rediere novem.

18.
Vindicat hic judex viduam, duo templa reviſunt,
Dives abit, curat lumina cœca fides.

19.
Adſcendit ficum, rex quidam it regna paratum,
Et populus Domino cantat Hoſanna ſuo.

20.

Unde rogat ſit baptiſmus, vineta locantur,
Fœmina ſepteno nuptiat una viro.

21.

Coram principibus dabitur ſapientia vobis.
Crapula ne mentes ebrietasque gravet.

22.

Venditur in mortem Chriſtus poſt paſcha paratum,
Elatos cohibet, traditur inde malis.

23.

En ludit præſes Chriſtum, plebs impia clamat,
Pro nobis Chriſtus figitur ipſe cruci.

24.

Fulget veſtitus, Mariæ bona nuncia portant,
Itur in Emaus, Chriſtus ad aſtra redit.

Christ

vd 18

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle